

kat.komp.

36095



Mag. St. Dr.

THEOLOGIA.





36095

I

Pro
Collegio Posnaniensi
S.J.

SO


C

P

A.R.

T

Soci



Typis

Georgi

A

SOLILOQUIA CHRISTIANA, ET PRAXES QUÆDAM.

AUTHORE

A.R.P. ADALBERTO TYLKOVVSKI,

è

Societate JEsu Theologo.

BIBLIOTH. UNIV.

Typis Monasterij Olivensis
Imprimebat
Georgius Franciscus Fritsch.
ANNO 1680.



36.095
I.

FACULTAS

ILLUSTRISSIMI

D. D.

ORDINARII.

Imprimatur.

NICOLAUS STEPHA-
NUS PAC EPISCO-
PUS VILNENSIS.

APPROBATIO
A.R.P. PROVINCIALIS.

ALbertus Cieciszewski Societatis JEsu Præpositus Provincialis per Provinciam Litvaniæ. Cùm Soliloquia Christiana à P. Alberto Tylkowski Societatis nostræ scripta, sunt ab his quibus id commissum recognita, & ut possint in lucem edi approbata: Nos potestate nobis factâ ab A.R.P.N. Paulo Oliva Præposito Generali, facultatem concedimus ut typis vulgentur. Dat. Varsav. 1668. Dec. 9.

ALBERTUS CIECISZEWSKI.

SUMMO PATRIARCHÆ
PUTATITIO IN TERRIS DEI PARENTI,
VERO DIVINÆ MATRIS CONJUGI,

SANCTISSIMO JOSEPH.



Uæ mihi olim ſoli conſcripſi, ſub Tuo patrocinio SANCTISSIME PATRIARCHA *mitto in publicum. Neque enim ſub alterius Nomine meliùs prodire poſſunt, quæ*

sunt parata soli; qui it
solus esse amâsti, ut nec fi-
lium velles, nisi qui Ti
nasceretur sine Te, nequ
Sponsam nisi quæ sola si-
ne viro conciperet. Sed &
ipse Filius velut in soli-
tudine nemini apud T
notus, & Mater in luci
umbra recondita. O JO-
SEPHE carentis in Ter-
ra Patre Pater Filij:
O Conjunx Sponsæ ne-
scientis virum: sed tamen
Ma-

Matris, quæ filia esset Filii, quæ Patris Mater, quæ Virgo conjugata! O quàm hæc sola, & Tu solus! sed etiam Tibi vel solùm esse totum maxima est felicitas. Cogitationes istas meis collegi stylo, quas de Virtute mecum habui, has Tibi libo. Tibi, ad quem Virtus maximè spectat, quia proximus es Virtutum principio, & in earum fructum successisti Filio,

lio, & quidem dum adh
esses in utero, si Gerso
fides. In dote accepisti qu
fuit in Arca Sanctitat
reclusum, aut in vase de-
votionis repositum, cuju
detentio fuit semper i
Sanctorum plenitudin
Vicarius es in Terris Pa-
tris DEI, cujus Filius
Tibi subditum scripsit
Horum quæ accepisti, mi-
nimè tenax, hinc solis no-
bis

bis haberis vice: ad quem nemo prodit, nisi vel caleat vel illustretur: publica & hæc bona sunt, quia & omnibus sparsa & singulis. Christianos dixi hos secum differentes sermones. Et hoc titulo etiam Tibi sunt sacri. Tibi solus cum Christo sermo, & ita soli, ut locutus nunquam scribaris, & tamen Magister ipsi etiam eras loquendi.

Ita Christianus, ut Chris
Pater, ejusq́; mores &
animos formare creditu
fueris. Magna res emi
nere animo, vel gradu: se
habes quod in utroque pul
cherrimum, quia Christ
non tantùm es totus, sed
& totus Tuus est Christus.
Emines itaque gradu: sed
ut emines, ita illo dignus.
Animus plenus scientiâ,
plenus bonis: una tantùm
illi

illi ineſt ignorantia, ſed vi-
tij, quæ ipſa Chriſti eſt, ſed,
utinam quantùm Chriſtia-
nus es, quantùm me Tibi
obligatum ſentio, tantùm
in laudibus Tuis valerem!
omnia in Te non ſolùm ad
exemplum, ſed etiam ad
miraculum. Verùm faci-
liùs eſt volumina implere,
quàm dicere quantùm ſis
Chriſtianus, id eſt, Chriſti.
Procido ſupplex, & Tibi
præ-

*præſens opuſculum devo-
veo. Tantùm illi dignita-
tis accedet, quantum Tuæ
dignationis: tantùm vi-
tæ, quantum Tuæ clemen-
tiæ. A Te, lector illius in
virtutis itinere ſumet lu-
men, quo Lumen æternum
duce & bajulo uſum eſt o-
lim: Tuo patrocinio frui-
tur, nunquam ſine fructu
erit. Demùm cum opuſculo
appendo hoc votum Aræ*

Tui

Tui honoris. Quàm amo Te & laudo, utinam imiter cum his qui meas præsentes evolvent curas.

Cliens indignissimus

Adalbert. Tylkowski
è Societ. JEsu.

PRÆFATIO
AD
PERILLUSTREM ac REVERE
DISSIMUM DOMINUM
DN. MICHAELEM
ANTONIUM

Hacki, Abbatem Co-
bacensem, Coadjutore
Oliv. S. O Cist. ProtoNo
Ap. SS. Theologiæ Do
S. R. M. Secretarium.
Eleemosynarium.



Iginti ferè sun
anni, ex quo,
variis, tum etiar
à nostro Clarissimo An
dreovi

dreoviensi Monasterio,
ussu P. Reverendissimi
oci illius Antistitis, de-
scriptum est, legiturq;,
non sine ubere spiritûs
proventu, præsens opus
ab A.R. Patre Adalber-
to Tylkovvski è Soc.
JEsu, antea Clementis
X. & X. Pontificum
Romæ ad S. Petrum
Pœnitentiario Aposto-
ico, nunc Illustrissimi
Reverendissimi Plo-

censis

cenſis Epiſcopi Theo
logo ſcriptum; & tam
diu domeſticos inte
detentũ parietes, quo
ne diutiùs avidè illu
deſcribentium fatigare
calamos, tandem ad
noſtram publico bono
natã, ut omnibus pro-
deſſet, devenit Typo-
graphiam. Opus certè
eſt, quod ad veras ma-
nuducit virtutes, falſiſq;
detrahit larvam, in pura

ſancti-

ſanctitate collocat, & ne
in ejus hæream laudib9,
compendio dico, verè
Chriſtianum, ſed dum
legitur meditatio jun-
genda eſt. Patronum
Operi aſſumpſit Author
S. *Joſephum*, è cœlis:
Conceſſit & mihi adſci-
ſcere de terris; ſed qui
eſſet ſecundùm *Joſe-
phum*. Neq; longâ opus
habui commentatione
quemnam ille intellige-
ret.

ret. Tui candidisſim mores, Tua in Deum religio, Tuus plenus cœlo animus, Tua integritas, Te mihi hunc esſe deſignârunt. Addit meo commento pondus, quòd ſis ex eo cœtu, ejusq; cœtûs Abbas, cujus aliquando Abbatem ipſa Dei Mater Sanctisſima Virgo voluit dici Joſephum. Pro Te eſt ipſa quam ge

ris

is Dignitas. Ejus domûs es Pater, quam illa ipſa *Virgo* ſæpiùs ut ſuam accedere dignata, ſæpiùs ut in ſua, ſuum Divinum depoſuit Infantem. In hac ſunt Tuæ curæ domo. Hanc ſanctis ſtabilis conſiliis, firmas monitis, exemplò inſtauras, charitate ſuſtentas. Nec inde parva in eam emolumenta. Carus es Regibus,

gibus, ſed in aulis ve Religioſus, & Religionis promotor. Prudentiæ ſummam tenes & illâ prodes nobis & omnibus. Scientias omnes complecteris, & cum illis humanitatem. Nihil, vel aulæ conſortium ex vitæ innocentia, vel Dignitas ex ſubmisſione detrahit. Oſtendis poſſe & in medio populi eſſe ſoli-

tudi-

udinem; quia ita vivis
tq́; ſi in clauſtro. To-
um Te obſequijs Prin-
ipum impendis, & to-
9 Tibi, nobisq́; manes.
Totus es in curis, &
otus in Te. Id igitur
Opus Tibi conſecro
elut quoddam Ma-
uale, quia talia amas,
ui ſpiritûs negotia, pro
Tuis habes. Accipe
nunus à meo, imò
Tuo prœlo, quod Tuis
ere-

erexiſti ſumptibus: E
quia à Tuo, velu
Tuum habe gratum
Et ſub hunc titulum m
etiam collige. *Oliv*
27. *Auguſti. Anno* 1680

Perilluſtris ac Rmæ
Dñis Veſtræ.

Obſervantisſimus.

Fr. Joan: Aug: Hoffman,
S. O. Ciſterc. Præfectus
Tpypographiæ Oliv.

S. Ambros. lib 2 Offic. cap 1. de virtute, sub nomine honestatis agens: *Tantus*, inquit, *est honestatis splendor, ut sicut exortus Sol Lunæ globum, & cætera stellarum abscondit lumina: sic fulgor virtutis, cætera quæ censentur bona, secundum corpus aut secundum sæculum clara & illustria, obumbret. Beata planè, quæ non alienis æstimatur judiciis, sed domesticis percipitur sensibus, tanquam sui judex quæ nunquam opiniones po-*

pula-

pulares requirit, neque pio supplicio pavet.

Tullius in Lælio: *Virtute nihil amabilius: quippe cùm propter virtutem eos etiam quos nunquam vidimus diligamus.*

Cùm itaque libellus hic nil nisi virtutem spiret, omnibus virtutem amantibus non poterit non esse commendatissimus.

SOLI-



SOLILOQVIUM I.

Qvòd ferventer Deo serviendum.

PUNCTUM I.

Tiam utcunq; calentes in suo obsequio Deus non tolerat, & ferè magis quàm malos aversatur abjicit quasi vomitum abominabilem. *Quia tepidus es*, inquit, *incipiam te evomere ex ore meo.* Neue solùm rejicit hos tepidos verùm beneficia quæ illis daturus erat, llit & in manus pessimorum procit, ita terras Christianorum Turs tradidit, & ante omnia terram anctam. Et certè vulnus ab eo uem sperabamus Amicum, magis olet, hoc enim est cum Juda osculo ilium hominis tradere. De hoc

conqueritur. *Si inimicus male-*
xisset mihi sustinuissem utique.
Tu verò &c. tu, tot beneficiis prævent
tu intra viscera mea receptus,
qui renunciasti Sathanæ, tu qui pr
fessus es te semper fore mecu
2. Arbori quia fructū non tulit Chi
stus maledixit, quid si baccas aliqu
pro bono fructu pestiferas tulisse
3. Certè vocati ad nuptias non aff
cerunt vocantem contumeliis
non in ejus prædia involârun
sed quia recusarunt ire, di
ctum est *nemo illorum gustabit cœ-*
nam meam. Quid si bis illi vel ter fuis-
sent vocati & semper se excusâssen
ut tu? 4. Epulo non rapuit aliena
non cædes patravit, non alienum in
vasit thorum, & tantum qvia splen-
dide epulabatur quotidie, dam-
natus est. Ananias & Saphira se-
mel mentiti Deo, & interierunt, tu
toties. 5. Virgines ob unam comissam
negli-

igentiam fa[illegible] appellatæ, à do-
ſponſi medi â nocte rejectæ ſunt.
Phariſæus alioqui plenus bonis
ribus ob unam vanam gloriam a
repudiatus. 7. Adoleſcens à
iſto ſemel tantùm vocatus, quia
pter hoc ſolùm ut Parentem ſe-
ret, obedire diſtulit, rejectus eſt à
. 8. Cave ne fortè de te quera-
. *Quid ampliùs debui facere*
ææ meæ? 9. Decretum ſtetit. *Niſi*
ndaverit juſtitia veſtra plùs
m Scribarum & Phariſæorum,
intrabitis in regnum cœlorum.
rtè illi exterius ita ſe geſſerunt ut
biti fuerint pro Sanctis: In te vero
rimi ſcandalum patiuntur. 10. Per
od ſi alicui cauſa vel occaſio pec-
i fuiſti quanto melius fuiſſet ſi ti-
mola aſinaria ad collum fuiſſet
penſa, & cum illa in profundum
aris projectus fuiſſes. Melius ut na-
s non fuiſſes, quod Judæ dictum,

qui Judæis fecit commoditatem leris exequendi.

PUNCTUM II.

QUid te impedit ne fias meli Deeſt *Exemplum*? No exemplar in monte monſt tur. Chriſtus præceſſit, quàm tur deſerere ducem. 2. *Ætas*? at ſ ficit ut diabolo ſervias cujus grav jugum quam Chriſti, & qui eſt lat nihil ſcit niſi perdere & mactare 3. *Virium debilitas*, cogita SS. Sen decrepitos tot, Pueros. &c. an n omnes dicent in judicio te in hoc in pudenter mentiri. 4. *Socii abd cunt*? Si ſocii tuus ſunt Chriſtus ſ quaris illos, ſi Chriſtus eſt Chriſtus illum ſequere. Per calcatum perg ſi impedit, Patrem. 5. *Inclinatione malæ, habitus*? Cur illos acquiſivi ſti? ergo propera eſſe melior ne plu res acquiras. 6. *Ridebor à mundo*. Qu

amicu

icus vult eſſe mundi, inimicus
I conſtituitur, qui plus amat non
ios ſolùm, non mundũ ſed paren-
ipſos, quàm Chriſtum, non eſt
riſto dignus. 7. *Non eſt qui do-*
t. Paucas ſanè in mente illuſtra-
nes habuiſti! pauca pia audiviſti!
c Antonius, nec Hilarion, nec for-
maxima pars Eremitarum aut
onachorum tantùm audiverunt.
Poſtea convertar. Imple ſcilic: priùs
enſuram peccatorum. Unde Deus
netur te expectare? An modò non
t dignus, ut illi ſervias? *Nonne ſa-*
r abuſus es Dei patientiâ; peccâſti,
r tolerat te DEus, non poterat te
oſt primum mortale peccatum ad
fernum mittere? Parumnè pec-
aſti? 10. *Curis diſtrahor.* Curas
ammum, an melior eſt, quàm ani-
na tua? curas veſtem, & non cu-
as ut in æternum non ardeas? Sed
eniet tempus juſtitiæ, poſtquam

consumpseris misericordiam, r
tet propter te profusum sangvi
Christus, & tot sumptus factos:
gebunt Angeli, quia 99. illis 1
ctis te quæsierit. Elige hodie au
æternum ardere, aut in æterni
gaudere, & propone quid agendu
sed ita ut non ampliùs dum flo
promittis, Christo spinas porrig
11. *Non habeo eas gratias, ut pos*
esse tam sanctus. Cave ne haustu
ex latere sangvinem in oculos ti
projiciat, & dicat se ne ultimam qu
dem guttam tibi negavisse. Bo
nitas nimirum te DEI corrumpit, in
cipe agere & experieris te habere gra
tias. 12. *Grave est!* Christus erg
mentitur qui dicit, *jugum meum*
suave? An levius erit æternùm cru-
ciari? elige quod placet.

PUNCTUM III.

CAve, ne, sicut sapientes antiquos, qui *cùm agnovissent Eum non ut DEum glorificaverunt*, adat te in reprobum sensum: ut xta Ps. *Eas in adinventiouibus tuis.* mpe: hoc non est tantum peccam ac spirituales exaggerant, hoc t veniale potest in confessione sile, hoc ad terrorem tantum dicitur, oc non totum. Verùm tuæ erunt iæ inventiones, ut nec peccata anoscas, neque æstimes. Horror piritualium, gustus temporalium einde succedet, & cordis durities ad onum, & mentis cœcitas ad verum.

2. *Cave*, ne de te dicatur. *Qui rdidus est sordescat adhuc.* Ne icatur: *Curavimus Babilonem, & on est sanata, derelinquamus eam. Vocavi, & renuisti, ridebo in interitu tuo.*

3. *Cave*, ne tuam damnation urgeant in judicio Turcæ & Scyth qui si tales habuissent occasiones ad virtutem, meliùs DEO servivi sent.

4. *Cave*, ne in die illa levius sit S domæ & Gomorrhæ, quia non in dultum est illi, nec remissum toties,

5. *Cave*, ne sicut zizaniæ reserveri ad messem, & ad majorem ignem.

6. *Cave*, ne sicuti illi nequam ser vo, qui se non correxit post debitum remissum, sed suffocabat conservum suum, & præterita peccata, quæ fuerunt remissa, in memoriam, tanquã aliquid tuam damnationem aggravans, revocentur.

7. *Cave*, ne de te verificetur quod ait S. Paulus: *Terra crebrò venientem super se bibens imbrem, & non proferens fructum, maledicto obnoxia.*

8. *Cave*,

8. Cave, ne Christus conqueratur
e, qui dicis illum te diligere, *his
gis plagatus sum in domo eorum,
me diligebant.*

9. Cave, ne Sanctos suos prohi-
t, ne pro te orent, sicut olim pro-
uit Moysen: *Noli orare pro po-
o isto.* Et. *Etiamsi* Jacob, *Daniel &
oraverint* pro *populo isto, non ex-
diam.*

10. Cave, ne si petas, *Parce*, aures
in cujusdam funere obturet Cru-
ixus, dicatq; *Non audivit, non au-
um.* Quamdiu Deum ludes?
amdiu dices *Expecta, reexpecta
us, & cras.* Nisi forte reservas ti-
illam diem quando audies *Geni-
na viperarum, quis vos docuit fu-
re à facie venturæ iræ?* Quando
nfugies, cum jam ampliùs non ad-
ttêris, & frustra plorabis: *Quid
ciam tibi ô custos hominum, posu-
i me contrarium tibi, & arbitraris*

me inimicum. Sed, *jurabit A*
lus per viventem in sæcula quia
pus non erit ampliùs.

11. *Cave*, ne ut impio Regi M
rum Balthasari scribatur tibi:
nè, Thecel, Phares, & morte su
& improvisâ è vivis abripiaris, &
quidem illi accidit, quia vasis sa
in profano convivio usus: tu lin
tuâ, quam tactu S. Sacramenti c
secrasti non solùm ad profana, sed
cloacas carnalium miscendas: sec
in ea veluti altari diabolo adoleres
nimas, quoties aliis occasionem
scandalum dedisti: sed ut eâ vel
lanceâ Christi latus foderes, quot
charitatem scidisti: tu oculis, tu m
nibus, quas Christo in Baptismo co
sacrâsti, imò totus in templum con
cratus & unctus es, & in hoc temp
DEI tot idolis sacrificas. Omn
Christus sustinuit, solùm quan
ter

plum DEI profanabatur, hoc
i non potuit, facit flagellum ever-
menſas nummulariorum, in cre-
it: *feciſtis ſpeluncam latronum*, &
nen ibi ſolùm ſpectantia ad ſacri-
ium vendebantur.

12 *Cave*, ne & hanc ſanitatem, &
nc ſcientiam & hæc adjumenta à
auferantur, & alteri dentur. *Niſi*
emendaveris movebo candelabrum
um. Et. *Filii regni exjicientur*
ras, & dabitur regnum facienti
ctus ejus. Habenti dabitur, &
qui non habet, & hoc quod habet
lletur ab eo. Ut nec conſilium
i ſuppetat quo te juves, nec tem-
is, nec voluntas, nec adjutor, nec
cus, ſed ligatis manibus & pedi-
is, ut nihil poſſis boni agere aut
ogredi, projiciaris in tenebras ex-
riores.

13. *Cave*, ne contra te DEUS inci-
at queri. Si *inimicus meus maledi-*

xiſſet mihi, ſuſtinuiſſem forſam ab
Sed tu homo pacis meæ qui mecu
dulces ſimul capiebas cibos, ad Sac
menta accedebas, Chriſtianus, So
lis eras ! & addat. *Noluit bene*
dictionem, elongabitur ab eo, & habe
maledictionem, quam ſibi elegit. U
de Iſai. *Propterea faciam*, ait De
ut *ambæ audientium aures tinnia*
Ponam in deſertum & ſpinam,
buxum, & cedrum &c., quæ arb
res immortales videbantur. *Et p*
hoc nec ego DEus veſter, nec vos p
pulus meus eritis in æternum.

14. Audi Chriſtum fortè cont
te apud Patrem conquerentem Pſ. 6
Quem tu ſine cauſa percusſiſti (na
Jer. dicit: Pater, *Propter ſcelus popu*
mei percusſi eum) id eſt crucifi
permiſi, *perſecuti ſunt, & ſuper d*
lorem vulnerum meorum addiderun
ſatis quippe paſſus vulnera, tu inſi

illudis ei, tu deludis. Quocirca
di quomodo orat Christus apud
UM pro talibus. *Fiat mensa eo-
m coram ipsis in laqueum*, id est,
cedant ad Communionem, sed ut
gis illaqueentur, *& in retributi-
es, & in scadalum, Obscurentur o-
li eorum ne videant, & dorsum eo-
m semper incurva*, ut ad amorem
rrenorum contrahantur. *Effun-
super eos iram, & furor iræ tuæ
mprehendat eos. Fiat habitatio
rum deserta, & in tabernaculis eo-
m non sit* qui inhabitet, id est, nec
piritus S., nec dona illius, nec spe-
alis providentia DEI sit circa illos,
d ut Isai. 13. *Requiescent ibi bestiæ,
& replebuntur domus eorum draco-
ibus, & habitabunt ibi struthiones,
: pilosi saltabunt ibi, & responde-
nt ululæ in ædibus ejus, & Sirenes
delubris voluptatis.* Et pejus est
uod ibid in Ps. addit. *Appone ini-*

qui-

quitatem super iniquitatem eoru & non intrent in justitiam tuam, I leantur de libro viventium, & c justis non scribantur.

15. *Lætaris* quidem, & *ais q mihi mali accidit, & exultas in bus pessimis*, sed Paulus ait: nes ô homo, *quia patientia DEI exp ctat te ad pœnitentiam, tu autem cundùm impœnitens cor tuum thesa rizas tibi in die iræ.* De talibus Ecc & *subitò ira Dei descendit super e* De talibus Ps. 51. Quid *gloriaris malitia qui potens es in iniquita* &c. *Propterea DEus destruet te in nem, evellet te, & emigrabit de ta bernaculo tuo, & radicem tuam terra viventium. Videbunt justi e timebunt, & super eum ridebunt, e dicent Ecce homo.* &c. Imò sicu olim gladiatores apud Romanos cùm unus stravit alium, ut magis ipsi in sulta

...aret eo adhuc vivente manus suas
... sangvine lavabant, ita Sancti
...a Ps. *Cùm viderit vindictam Ju-*
... *lavabit manus suas in sangvine*
...*atoris*, nimirum exprobrando.
...ramus nos qui plura impedi-
...ita ad bonum habuimus, quare
... tu? poteramus &c.

16. Expectas senectutem & differs
...ndationem in alia tempora, ut
...m ætatis tuæ Deo propines, sed
...bet Deus, habet calicem, quo te
...abit fecibus. Ps. 74. *Calix in ma-*
... *Domini vini meri plenus misto. Et*
...*linavit ex hoc in hoc, verumta-*
...*n fex ejus non est exinannita, bi-*
...*t ex hoc omnes peccatores terræ.*

17. Quis scit an non jam pœniteat
...UM quod te creaverit? quia e-
...n Saul semel Deo fuit inobediens,
... Deus: *Pœnitet me quòd Saul Re-*
...*nfecerim, quia dereliquit me, &*
...*rba mea opere nō implevit* 1. Reg. 15

An

Annon dicit : *Pænitet me*, qu
hunc nobilem, Christianum, So
lem &c. fecerim. Quis scit?
non jam aliquem Davidem inter
stores quærat, quem tibi te dejec
& tibi omnibus etiam bonis terre
ademptis substituat. Quis scit?
non jam imperet DEUS, ut fiat
te spiritus malus, qui te regat,
Saulem. Quis scit? an non Patro
tuo DEUS respondeat pro te orar
sicut Samueli oranti pro Saule
*Usquequò tu luges Saul, cùm ego ei
projecerim à me?* Quis scit?
non decreverit, ut morte infami
reas in peccatis velut Saul? Quis sc
an non ut contra Cyrum DEus j
beat in cœlo scribi edictum: *As
milavi te & non cognovisti me.* Ose
& dicit. *Si ego Pater sum, ubi est
mor meus, si Dominus ubi est tim
meus?* Quis scit? an non jubeat
cut Ezechielem fodere pariete
ten

pli Jerosolymitani, & ecce ibi
nidem filium veneris plora-
t fæminæ, & ecce seniores terga
erterunt altari, & ecce ibi serpen-
, dæmonum, &c. idola: Si cor
m inspiceret cum Sanctis, an non
ile quid inveniret? ideoq; illud
plum dissipari permisit, ut nec
s supra lapidem remanserit. Et
è si invitat sanctos ad videndum
tuum, maximè illos qui orant
te tuos Patronos, ubi illis cor
m detegitur, ubi has abominati-
s vident, quomodo non confun-
ntur, quòd pro te oraverint?
modo non potiùs contra te vin-
tam urgent? Sit ergo dies hodi-
a finis turpitudinis tuæ, hodie
ipe. Fortasse adhuc mise-
itur. Ps. 2. *Apprehendite disci-
nam, ne quando irascatur Domi-
s, & pereatis de via justa.* Respicis
huc retrò, sed vide, ne ut Loth u-

xor

xor, Gen. 19. in ſtatuam inſenſi-
muteris. Vide ne dicatur, Iſ
Cognovit bos posſeſſorem ſuum
aſinus præſepe Domini ſui, Iſraë
tem me non cognovit. 2. Macch. 1
cerdotes ignem poſuerunt de a
&c. ſed quando quæſitus ignis,
invenerunt ignem ſed aquam c
ſam: Hic fortè & in te fructus i
Divini.

18. Fallis Deum deſiderant
Voluntas Dei ſanctificatio noſtra.
Cath. Sen. Dial. 137. Deus Pr. dixit.
hil aliud opto ab hominibus atq;
quiro, niſi ſanctificationem ipſor
Fallis Christum qui ideo incarna
S. Th. Opuſc. 57. *Deus factus eſt ho*
ut homo fieret DEus.

19. Omnia currunt ad perfec
onem arbor quotidie creſcit, Agric
la ſingulis annis curat eſſe ditic
Studioſus doctior: Solus tu in■er
nat

uram rerum. Bern. ferm. de alt. &
f. cordis. *Magna confusio, ma-*
ı valdè, quòd ardentiùs illi perni-
sa desiderent, quàm nos utilia. Id-
co ait Laur. Justin. lib. de Obed.
21. *Sæculares surgent in judicio*
n servis Dei ex sua cordis ambiti-
e, redargutione illos dignos osten-
nt tanquam sollicitudine & affe-
one inferiores se.
20. Quot sunt nunc qui diabo-
diligentiùs serviunt. *Nulla spes*
it Chrisost. *Serm. in Sacr.) veniæ*
bis reliqua est, etsi vel æquale stu-
um (diabolo) *conferretur*: Cum
tẽ etiam longe superet quis nobis
fensionis locus relinquetur? 1. Reg.
. Hæc dicit Dominus: *Ego eduxi*
s de Ægypto, & erui vos de manu
gum, qui affligebant vos (peccata
misit, ex servitute dæmonis edu-
t) *vos autem projecistis me.* Chry-
ft. hom. 48. ad pop. *Unum ha-*
bebat

bebat Filium nec huic propter r
autem multa ei præponimus, &
thanæ præcepta Christi legibus pr
ferimus & nostram negligimus s
lutem, ut nequitiæ præponamus o
raci, qui pro nobis omnia passus
Quali veniâ sunt hæc digua non m
ritò foret par gehenna etiamsi du
foret ac tripla milliesq; tanta. N
vides Jerem. 2. *Quam vilis facta*
(anima mea) *iterans vias* (præse
tes.) Sed decretum Dei sonat. Jer.
Si gens aliqua fecerit malum in oc
lis meis ut non audiat vocem mea
pænitentiam agam super bono, qu
locutus sum, ut facerem ei. Es educ
tus in terra sancta in Ecclesia D
Isai. 26. *In terra Sanctorum iniq*
gessit, non videbit gloriam Dei. In
qua, id est non æquè respondit aux
liis: Ideò permittetur labi in pecc
ta gravia, sicut S. Teresia fuisset pe
missa labi, si non respondisset.

21. Sæp

t. Sæpe enim ſalutem alligat re-
minimis,ut, ſi hunc audieris con-
atorem converteris. Sæpe uni
o ſi in eo te viceris,ut de S. Xa-
o qui pus ebibit, & ob hoc forte
ctitatem obtinuit, unde tu ſcis
d hoc non ſit tale factum? Sæpe
gat ad tempus ſi tanto & tanto te
ris amplius difficultatem non
ſurus es, quis ſcit; an non ſit hoc?
pe quod maximis precibus non
ceſſit uni minimo actui donat,
de ſcis quod non iſte ſit? Quare
nen ita deſes torpes?

22. Hoccine eſt tempus quod Deus
m toto cælo intueatur? Si ſepul-
rum ejus ſolum profanè haberes,
eo luderes aleis,quomodo id pate-
ur? At in te non mortuus ſed vi-
s, nec ſemel per Communionem
riſtus recubuit!

23. Non legimus etſi perinde ha-
uiſſent gravia peccata Gentiles, ita

ob

ob ea punitos ac Judæos, hiatu te-
ræ, serpentibus ignitis, captivita
pestibus, fame &c. Quia habuerı
Prophetas qui monebant, habu
runt instinctus. Vide & tu ne ide
de te fiat.

24. Si perfectioni non studes
subsistis etiam præteritorum, si qu
fecisti gravem jacturã pateris. Cyp
de bono Pat. *Pereunt præterita di*
quæ cœperant desinunt esse perfe
sicut scriptum est. Ezech. 33. Justi
justi non liberabit eum in quacun
die exerraverit. Et Apoc. 3. Te
quod habes ne alius accipiat corona
tuam. Jam quod Bern. cit. 4. Epi
Si mundo frater mi abrenunciaveri
teque monasterio incluseris ut vive
prout vivis secundùm genium tuu
& absq; ulla cura, non Monachu
Benedictinum, at Epicuri discipulu
& consequenter inferni gehenn
reu

…m te vocabimus. Mi DEUS, ta-
…rit, qui solùm perfectior non
… esse, sed solùm ut vivat prout vi-
…etsi bene vivat. Quid si innocen-
…m, quam puer intulit, simplicita-
…, &c. perdat ? Interroga arden-
… æternâ flammâ, an non interdum
…e vivere cœperunt, & non sæpe
…ius, quàm tu ? Ita, ita, & tamen.
…a non ferventius, perierunt.

…. Si omnis bona inspiratio, co…
…ratio, instinctus, sangvine &
…rte Filii Dei comparanda fuit, vi-
…ne iis abutens reus efficiaris san-
…nis ejus, profectò ei multum dole-
…otest si id abjicias quod ille tam
…oriosè pro te comparavit.

…OLILOQUIUM SECUNDUM.

An sim Dei servus?

PUNCTUM I.

A…Ug: docet. *Tales convenit esse Dei cultores, & servos ut quis-*
quis

quis viderit eos stupeat & adm-
tur, & dicat isti homines sunt
quorum talis conversatio est. 2.
verò Paulus avaritiam idolorum
vitutem vocat, unde si adhuc ali
in te affectus ad aurum, res mu
adhuc appetis, habere bona, præ
&c: non solùm Dei servus non es
idololatra insuper es. 3. Servus si r
facit Domini voluntatē, saltē id c
tingit, ubi Dominꝰ nō ideatu in c
spectu: Dei ejus præcepta violas. E
instinctus contemnis, consiliaresp
4. Servꝰ non patitur meliore veste
dui quàm Dominus: Et tu respe
Christi! 5. Servus sequitur Dominu
Christus clamat, *qui vult me se*
abneget seipsum, tollat crucem, q
modo hoc præstas? 6. Servus bo
Domini conservat & custodit,
contrà, talenta tibi commissa ali
in lutum impudicitiæ, aliud ebrie
tis &

c: 7. servus contentus mensâ
ini, gaudet si eodem cibo vesca-
Christi cibus facere volunta-
Dei, tu facis tuam cum despectu
Domini, ut queri debeat: *me de-*
ucrunt fontem aquarum viven-
& foderunt sibi cisternas. 8. Ser-
bonus non expectat imperium,
nmodo sciat voluntatem Domini;
nmodo sciat placitum: scis gra-
fore Deo si hanc contumeliam
res, hoc quo maximè oblectaris
nes &c: & quidem servus cum
uptate, alacritate facit: tibi
is dicere potest, *si ego Domi-*
ubi timor meus? 9. In præsentia
mini modestè se gerit servus, ma-
nè si cum Domino loquatur, quid
in templo? 10. Servus pro Domi-
pugnat vitam periculo objicit tu
c verbum pro DEO vis pati, aut di-
re. 11. Si servo Dominus pro-
net honori sibi ducit, si tibi Chri-

ſtus ſuum calicem porrigat, c
querelæ, ne dicam blaſphemiæ

PUNCTUM II.

SEd ais iſti ſunt ſervi perfecti, c
ſum qualiscunq; 1. Ergo es ma
ſi illi boni. Sed neq; hoc! 2. Eti
peſſimus ſervus ſaltem metu, ſcie
Domino, vitæ illlus non inſidiat
ut tu vitæ Chriſti. 3. Nullus in c
ſpectu Domini adulteratur, furat
&c. tu facis ſpectante DEO, & qu
plus eſt cum ſponſa illius, quan
aliquos inducis ad peccatum. 4. Q
peſſimus etiam ſervus offenſo D
mino toties, nec ſciens ſe venia
conſecutum, auderet coram illo
dens, hilaris, ludens, comparere
tu? 5. Saltem veſtem Domini, ſeu
vocant, liberiam defert, Chriſti veſt
charitas, *in hoc cognoſcent vos me*
eſſe diſcipulos, ſi dilexeritis invicem
A

ia charitas talis; si eâ erga te uteretur millies periisses. 6. Si id patiatur, si comprehendatur, inum invocat, ejus se servum estatur; Dœmon tibi vincula tentationem injicit invocasne ium Dei? Protestarisne te seresse Dei? 7. Saltem ubi Domiilargitur, comparet. Maximè it Deus manè, cum donis expe-. *Cincinni mei madidi sunt guttis ium. Matutina oratio ascendat ad omine & descendat super nos ricordia tua.* 8. Saltem metu nini vitat aliqua, tibi infernus paur. 9. Si sit inter eos quos scit dicta Domino delaturos nihil innum de Domino loquitur: Ecce gelus tuo lateri adstat, ecce vult ificare. 10. Nunquam tam bon Dominum odisset.

PUNCTUM III.

O Mi amor! quid ago, tanti es mihi?

mihi? Hoſtis verius hoſtis ſum
cendus. Imò ſingula membra r
ſunt inſtrumenta quibus te excar
fico quia membra mea exhibui ſ
vire iniquitati. Lingva mea glad
acutus qvo fratres tuos prox
meos confodi : Veloces pedes r
ad effundendum ſangvinem , id
ad impudicitiã tanta propenſio,o
li mei veriùs ſcopuli &c. Mi Amo
ſi tamen hoc verè dico, & non pot
dicere deberem, meum odium ,
tamen mi Amor te appello non â
ſed â te ſumpto nomine. Ergo ar
plius in te manus extendam, ergo
crucifixoribus ſumpto malleo pec
& manus cruci affigam ; an non ſ
tis illi affixerunt? Ergo meis imp
ritatibus in medio fori, palam, fl
gellabo,meâ ſuperbiâ ſpinis induan
meâ avaritiâ denudabo, meâ aced
ſudorem in horto ſangvineum e
primam? eheu! eheu feci! &, tot
feci!

SOLILOQVIUM TERTIUM.

...um DEI contra Peccatum.

PUNCTUM I.

Nos quidem quidquid dicatur ad omnia ſurdi ſumus, expecta... ut digitos in aures noſtras ſicut ſurdo & muto Deus inſerat, ut ...ium ſuam applicet tum audire ...piemus, cùm eam ſenſerimus. ...d *odio Deo eſt impius, & impietas* ...: Et quidem tali. Filium ſuum, ...oſtolos chariſſimos, obtulit in ...rtes, ut peccatum tollat ſeu ut ...nines convertantur. Jam verò ...videres quempiam ubi hoſtis ſo... ...n ſui imaginem deprehenderit, ...n cum ſummo furore dilacerare, ...quere, flagellis cædere, & quid... ...id poteſt tormentorum adhibere, ...o putas animo in ipſum hoſtem ...t? Sic eſt factum; Chriſtus tan... ...m imago Peccatoris fuit, & ecce

quomodo â Deo excruciatus! S
in viridi, quid fiet in arido? 2. Q
putas si filius carissimus ideò
tum quia vestem hostilem indu
Patre in crucem ageretur, quid
ret de ipso hoste? Hoc fact
cũ Christo. Nec miror quod in ju
cio clamabunt Peccatores ut mon
cadant super illos, colles ut operi
eos â facie Agni. 3. Quid putas
eo affectu? Quia filius dilectis
mus solùm aliquam similitudin
habuit in lineamentis cum hoste, &
Patre derelictus, in crucem actus;
factum de Christo, quia solum fi
in similitudinem peccati: Imò
horto nec præ horrore faciem
Patrem levare potuit sed in terra
eam recondidit. 4. Si ità oderit h
stem ut nec nominare eum velit, h
de peccatoribus Deus. *Nec memor er*
nominum eorum per labia mea. 5. S
c

ipso quòd hostis aliquam domum
amsi propriam suam ingressus
erit, eam succendat, & quidquid
illo attactum etiamsi nobilissi-
um sit destruat, exurat. Ità fit
m peccatore, terram quæ illum,
rtavit DEus exuret, obscurabitur
una, Sol extinguetur, stellæ cadent,
cœlo, quia impio luxerunt. San-
us Bonaventura de diæta salutis.
Eus dissipavit terram propriam
uia peccatum intràverat in eam.
. Si nullum exoratorem pro eo ad-
nittat, nec matrem nec fra-
res, nec ullos carissimos. Psal.
Pro hac, id est pro iniquitate, *orabit
mnis Sanctus, verum tamen in dilu-
io aquarum multarum ad eum non
pproximabunt.* Jeremias 15. 11. *Et
licit Dominus ad me* (ait Jeremias)
*Si steterit Moyses & Samuel non est
nima mea ad populum istum, ejice
illos à facie, qui ad gladium, ad gla-
dium*

dium : *Qui ad famem ad famem*, i
Bonaventura de diæta salutis. Ca
Nihil potest cogitari quin DEus f
rit propter odium peccati. 7. Si
tus convertatur in odium, anim
corpus ejus nihil sit nisi odium.
DEus per essentiam odit peccatu
ista ejus natura est odium. 8.
DEus Judæis in foro humano p
scripsit tam rigidam legem, ocu
pro oculo, dens pro dente, qui ad g
dium, ad gladium &c: quid in fo
suo divino? 9. Si eligat q
spiam mori etiam atrocissi
morte, dum hostis ejus simul pere
Christus elegit mori, imò se satis b
ne mori credidit, dum peccatum
mul moreretur. Et quod gravi
est quàm Christum mori, DEus ip
voluit ob peccatum miser, tristis a
flictus seu non DEus videri. Gen.
Tactus dolore cordis intrinsecu
Ephe

hes. 4. *Peccata Spiritum S. con-ſtant*: S. Bonav. de perf. vitæ c. 16. *i filius factus ſervus ſervorum dia-i propter peccata.* 10. Si quis ita o-rit aliquẽ ut licet eum poſſit tolle-impenſis unius aſſis, milliones ta-en & totam ſuam ſubſtantiam li-ntisſimè impendat ut eum tollat: terat certè unico ictu quem ſuſti-uit Chriſtus tollere peccatum, ele-t tamen omne ſupplicium maxi-um; & in eo nec ſe defleri ſivit, uod libentisſimè ferat dummodò ſtis ſuus tollatur. Luc. 23. *Filiæ ruſalem nolite flere ſuper me: Sed per filios veſtros* nunc peccantes.

PUNCTUM II.

GEmebat Chriſtus qui ſumpſerat habitũ peccatoris. Pſal. 86. *n me tranſierunt iræ tuæ, & ter-ores tui conturbaverunt me, circum-ederunt me ſicut aqua tota die cir-umdederunt me ſimul.* 2. Et in per-

ſona David. *Quia cinerem tanqua panem manducabam, & potu meum cum fletu miſcebam, â facie ir & indignationis tuæ.* 3. Et in Jol *Scribis contra me amaritudines & conſumere me vis peccatis adoleſce tiæ meæ. Cur faciem tuam abſcon dis & arbitraris me inimicum?* I an fabulæ hæc ſunt? Non obru DEus diluvio orbem? Non Sodo mam igne exusſit? Non Dathan & Abiron vivos in infernum dejecit? Non Chriſtum tam graviter percuſ ſit? Non ipſe Chriſtus imagination peccati poſitus erat in agonia & ſan gvinem ſudabat?

PUNCTUM III.

NEc ut ita oderit opus eſt ut mul ta in me viderit peccata, ecc Angelum ob unum odit, & ità odit ut in æternum ab odio non ſit ceſſa turus: Nec illorum malis quæ per petiuntur ſit movendus, imò in

illorum

orum interitu rideat. Sunt plura
àm sex millia annorum ex quo A-
m peccavit Deus odium illius pec-
ti punit in posteris, punit in infan-
bus aliàs innocuis. 2. Si omnes
nctitates, virtutes, unus homo ha-
eret, omnes homines ad fidem con-
rteret, & ad amorem Dei infinitum
ccenderet, si mille mundos crearet
Sixtus 39. tom. 4. Epistolarum de
alis doctoribus. *Neq; Deo chario-
es sumus ut nobis impunè cedere
xistimemus, si aliqua eorum similia
ommiserimus)* in illis sanctissimos
icut est B. Virgo homines, ut Deum
erpetuò colerent, amarent; si
psum Christum, in quo Deus sibi
ummè complacet, crearet; si Deo
nfinita bona extrinseca faceret, pro-
pter Deum infinitam eleemosynam
daret; unum tantùm peccatum ha-
beret; Deus illum ac alios impios in
infernum in ignem extremum de-

truderet. 3. Et tamen augemus
tam audacter augemus pecca
eheu! videbunt hoc Sancti & tin
bunt, & ridebunt super te. 4. I
*telligite hæc qui obliviscimini Deu
nè quando rapiat, & non sit qui e
piat.* Væ mihi Deus meus. *Tim
& tremor venerunt super me, &
contexerunt me tenebræ. Cor meu
conturbatum est in me & formi
mortis cecidit super me.* 5. Par
adhuc semel Domine. *Recogita
tibi omnes annos meos in amaritud
ne animæ meæ*, ut quid tam ambit
osè nos amâsti, paratus es rursus &
rursus pro me mori. Omnes titu
los amoris excogitâsti, nec falsè
Patrem, Fratrem, Sponsam, Ami
cum me vocâsti, Deum etiam appel
lâsti, hæreditatem divisisti: tan
sollicitè amorem mei quæsisti, eg
sto foris & pulso. Formis ama
bilibu

bus Agni, columbi, hinnuli cer-
um appellari voluisti: *Nunquid*
ernus confitebitur tibi, nunquid
rtuus laudabit te, nunquid expe-
bunt qui descendunt in lacum veri-
em tuam? 6. Ita aversatur pecca-
Deus ut si videat illa, planè huma-
modo loquendo in deliquium ca-
t. Gen. 6. propter peccata tactus
lore cordis intrinsecus, ita ut quasi
r illi scindatur præ indignatione,
odio: Hinc assumptâ humanâ
turâ in horto factus in agonia, &
ngvinem sudavit. Tristis est ani-
a mea usq; ad mortem, conspectis
ccatis imitatus in hoc odio Deum.
avid, qualè habuit odium peccato-
um. Ps. 100. *Superbo oculo, & in-*
tiabili corde (id est cum avaro) *cum*
oc non edebam. Non habitabit in
edio domûs meæ qui facit super-
iam, qui loquitur iniqua non direxit
conspectu oculorum meorum. (Id
est

eſt nec poteram pati ut in do
mea pedem ponerent, nec ut mec
ad menſam conſiderent, nec quic
intueri illos) ſequitur amplius.
*matutino interficiebam omnes pec
tores trrræ, ut diſperderem de ci
tate Domini omnes operantes iniq
tatem.* Et tamen in terris exiſte
necità bonitatem Dei; nec exc
lentiam, nec peccati malitiam pe
trabat, atq; nunc in cœlis: Quo
go putas furore adverſus peccata f
tur: Certè nunc magis vovet. Qu
Pſ. 91. *Cùm exorti fuerint peccat
res ſicut fœnum, & app.aruerint
mnes qui operantur iniquitatem,
intereant in ſæculum ſæculi, tu a
tem Altisſimus in æternum Domin
Quoniam ecce inimici tui Domin
quoniam ecce inimici tui peribun
& diſpergentur omnes qui operan
tur iniquitatem* (hanc lætitiar
& gaudium ſuum reputat) & *exalta
bitu*

ur *ſicut unicornis cornu meum.*
nctus Paulus qui alias optat eſſe
athema pro fratribus devovet.
ui non amat Dominum Jeſum ana-
ma ſit. Quid qui odit ? Ut
nnis peccator. Quia magis ea
rremus quæ magis noſtræ natu-
adverſa. Chriſtus conſpui occidi,
erari &c: poteſt, peccatum etiam
undum humanitatem vel leviſſi-
um admittere non poteſt: Ideoq;
agis horret & odit in me vel mini.
um quàm ſuam mortem, & quid-
id crudelitatis in eum exercitum ſi
ne peccato fieret, imò ſi poſſet Deus
ſtrui ſolo conſpecto peccato anni-
laretur: Quia hoc eſt tam malum
pleriq; Theologi doceant illud
ereri omnem pœnam poſſibilem
propè eſſe tam malum atque eſt
eus bonus. Sub aliqua ratione.

SOLI-

SOLILOQVIUM IV.

Quis ego sum?

PUNCTUM I.

CHriſtianus? quid! malus. Gl ſa in Matth: *deteſtabilior eſt ſub nomine Fidelis agit opera infi lium, quàm apertè paganus.* Cyp anus de habitu virginum *qui eſſe pimus Chriſtiani debemus quod Ch ſtus fecit & docuit imitari &c: t reſpondet ad fidem nominis, ſecta veritatis, & credenti præmium c tur ſi quod creditur geratur.* Au docet de vita Chriſtiani. *Chri non famulus ſed ſubſannator eſt deriſor qui ejus ſe ſervum dicit c ſervire diſſimulat.* Non querer tur Chriſtus. Jer: 10: *ſine filiis fact ſum, perdidi populum meum* (id e gentes quas dedit illi Pater in hær ditatem ſeu in Chriſtianos) propt

pecca

:cata eorum ? *Chriſtianum eſſe eſt*
cialis ſanctitatis titulus Soli enim
ges unguntur, Chriſtiani omnes
guntur oleo; ideoque dicuntur,
is ſancta, regale ſacerdotium.
Chriſtianus debet ea facere quæ
riſtus fecit, jūs ſit, docuit, præce-
. 3. Esnè jam effectus ſicut par-
lus in contemptu ferendo in ſim-
citate, in contemptu auri & pom-
rum mundi ? 4. *Diſcite à me quia*
itis ſum & humilis corde, dixit
hriſtus: quæ tua manſvetudo ? Quæ
te humilitas, unum verbum ferre
on potes. 5. Idem docuit *ſi quis*
eeperit tunicam præbe ei & pal-
um; ſi quis percuſſerit dextram,
ræbe ei & ſiniſtram. Si oculus
uus ſcandaliſat te erue eum &c:
. *Beati pacifici, beati pauperes, qui*
erſecutionem patiuntur &c: male-
ictus qui facit opus Dei negligenter.
Omne mendacium ex diabolo eſt.

7. Si in baptiſmo ejurâſti diabo
& pompam ejus quare vanitates
appetis? Quare non contentus
corpus tegatur, novas formas hab
plerumq; ludicras excogitas, a
arripis; an neſcis quid veſtes ſi
pompa diaboli? Poſtquam e
innocenti nuditate ſpoliâſſet A
mum, veſtes, ut effectus peccati in
ctæ, in quibus deinde varias forr
& vanitates ſuggerendo ingeni
exercet. Divitiæ ſunt pompa d
boli, ideoque aurum colore ign
infernum refert, & versùs inferni
intra viſcera terræ retruſum. 8. C
ſareus eſt qui pro Cæſare pugnat,
potiùs contra Chriſtum & Eccleſia
ejus. 9. Qui eſt regius dat tribu
Regi & ſubjectionem. Tu qu
Chriſto? 10. Ex veſtitu cognoſc
tur cujus quis famulus. Tu mu
dinè, an carnis potius? Chriſtianu
eſ

e, juxta S. Paulum, eſt indui Chri-
um, an Chriſtus in templo garrie-
it? Oculos impudicè circumferre-
it? Larvis induebatur? An non
otius lavit pedes diſcipulis, ſuper
rbam miſertus. Vide an nomine-
nus Chriſtum iudueris & Chriſtia-
is ſis? 12. *Omnis mittens manum*
l aratrum & retro reſpiciens non
l aptus regno Dei, id eſt, non eſt
rè Chriſtianus. At tu quoties pia
ropoſita propter homines reliqui-
i? Quid dicent de me, ero fabula,
mnium digitis oſtendent, reſpicis
etrò, id eſt, malos quos ſtatuiſti de-
erere. 13. *Qui non tollit crucem ſuam*
& non ſequitur me non eſt meus
iſcipulus: Crucem in verbis, con-
umeliis, defectu rerum, morbis. Quis
equitur ad Herodem ut illudatur,
d Caipham ut conſpuatur, ad Pila-
um ut Barabbæ poſtponatur?
4. *Diligite inimicos facite amicos de*
mammo-

mammona iniquitatis. Ah m
ſunt apud te verba, & non plus
movent quàm ſi Mahometh dixis
15. Quoties mortaliter peccâſti
ties â Deo reciſus es, vel potius
dæmonis caſtra transfugiſti, & ſi
lis es, vis tamen dici Chriſtian
Videnè idem tibi accidat quod i
qui ſe Reges aut Principes eſſe f
gunt. Aug: *nemo ſe vocat quod n*
facit, nemo doctum ſe vult dici ſi
teras neſcit. 16. Idcirco potius ſa
cti te oderint quàm juxta comm
nionem juvabunt Pſal. ait *vidi pr*
varicantes & tabeſcebam, odio hab
iniquos & legem tuam dilexi: Pa
lus. *Si quis frater cognominatur i*
ter vos & eſt fornicator aut avaru
aut idolis ſerviens, aut maledicus, a
ebrioſus, aut rapax cum ejusmod
nec cibum ſumere quidem.
ità fugiunt hìc, quomodo juvabunt
intercedent, ad cœlum admittent

Ga

*.5. Qui Christi, carnem suam cru-
cerunt cum vitiis & concupi
tiis.* Cyprianus de mortal. *hoc
er Christianos & cœteros interest
Deum nesciunt, quod illi in ad-
sis queruntur & murmurant, nos
rsa non avocant à virtutis & Dei
itate sed corroborant in dolore.*

PUNCTUM II.

N homo? 1. Ratione regi homo
debet, quod tibi non vis fieri al-
nè feceris, & è contra. Ser.
ne? 2. Ethnici summo cultu co-
dos judicârunt esse quos persva-
unt sibi esse Deos, unde sub currus
orum, cùm vehebantur idola se
iciebant aliqui, ut protererentur
: tu quid? 3. Crates Thebanus au-
m in mare abjecit, alii Philosophi
uperiem sectati, opes rejiciunt, le-
Senecam, lege Epictetum, eru-
sces. 4. Reges Ethnici juxta rati-
onem

onem vivendo, multi ſuis virtutil
perſvaſerunt ut pro Diis haberent
5. Nemo ſi tot beneficiis eſſet affec
ab alio quot tu â Deo, ſine amo
ejus, meminiſſet, aut ſaltem inju
non afficeret. 6. Hominis eſt, ratic
regere appetitum & pasſiones, qu
ties iram tuam &c: viciſti? Si r
ſum homo quid ſum?

PUNCTUM III.

CAnis pro Domino ſe occidi ſir
ſi agnoſcis Deum dominum, c
illius injuriam pateris, aut illi pot
infers? â Domino ictus non recec
tu beneficiis obrutus recedis. 2.
qvus laborat, nec tamen bibit aut
dit ſupra necesſitatem. 3. Nullum
nimal id quod fini ejus non ſervit, a
petit. Non leo aurum quærit ſ
carnem, non bos argentum. Tu
quis finis, & quæ petis? 4. Ipſe d
mon impudicos horret & fugit ſæp
Ma

gis vetuit libidinem, viſus eſt im-
icos vitare, concionatus alicu-
Epiſcopos de eorum malo
nuit. 5. Quem ergo locum inve-
n? Novum aliquem pro me
is creare debebat. Non cœlum.
ia quàm procul abſum â Chri-
no tam à cælo. Non terram. Quia
nines & bruta ſi illis innoteſcat
a nequitia me execrabuntur, ipſi
nones in inferno meam proje-
m enormitatem deteſtabuntur.
o ſum opprobrium univerſæ na-
æ, ego ulcus & apoſtema totius
ndi. Ego ſpurcitiarum collu-
s, nec oculos in cælum levare au-
o, vultu tamen in lutum ſcelerum
orum dejecto ſumma cum con-
ione, ſi fortè miſerebitur dicam
ccavi. Si me Cyprianus de Elem:
nſpexiſſet, diceret: *Quid facit in
mo Dei perfidum pectus, quid qui
riſto omninò non credit appellatur
& di-*

& dicitur Christianus, Pharisæi
nomen congruit: Et id, de zel
livore. *Christi nomen indue*
& non per Christi viam perg
quid aliud est quàm prævaricati
vini nominis?

SOLILOQVIUM QUINTU

Quid feci pro Cœlo?

PUNCTUM I.

NOn sufficit non esse mal
quia hoc nec Epuloni nec Ma
24. damnatis objicitur, sed opus
super habere merita, quia prœmi
non pro solo defectu malitiæ sed
bono opere datur. 1. Si ergo ad p
mium opus virtute, quanto ma
in eo qui sæpè perfidus, sæpe me
tus Spiritui Sancto, sæpè in confe
onibus proposita facta abje
2. Quo amplior honor, eò maj
merita, ut fias civis minus opus, qu

is Dux, Princeps: Quid verò ut hæres cœli, filius Dei? 3. Si feci pro cœlo tantùm quantum pro nobilitate, quantùm pro ate quid inde consectaneum!

PUNCTUM II.

Uæ mea merita! 1. Fingam me quotidie, disciplinas, preces, ci-, humicubationes, injurias, jeju- sustinuisse, si venialiter unquam cavi hæc omnia Deo in satisfacti- m debeo, quid si mortaliter, imò beneficio Creationis, Redempti-, conservationis, vocationis, pro o mihi in custodiam Angelo, pro quòd non fuerim post primum catum mortale detrusus ad infer- n: Pro minoribus longè debitis mancipia fiunt, alii ad triremes nnantur. 2. Quid si hæc merita a jam soluta? Quodsi hæc non it! 4. Imò si sunt, hæc ipsa bene-

ficia, ut ſunt, nemo apud Regem
retur per hanc ſtipem quam ipſi
dat niſi ipſe velit. 5. Fingam m
ciſſe quod Sanctus Jacobus Er
ta, qui in ſepulchro pluribus a
habitavit, quod Hilarion qui ſep
ginta annis in eremo, quod Cler
Ancyranus qui pluribus quàn
ginti quatuor annis Martyrium
ſus. Quod Paulus qui toties fla
latus, naufragatus, &c. id fing
inſuper me tantum fecisſe ac or
SS. ſimul. Quid ad hæc? t
hæc omnia feceretis dicite ſer
utiles ſumus. Et certè mentiri
non jubet, qui ita dicere jubet, c
ſi tantum medietatem horum ha
remus? Et tamen tunc nobis ſa
videremur, & eſſemus inutilio
quid ſi tertiam partem? Inuti
mi. Quid ſi quartam? Quid ſi
cimam? Quid ſi nihil? Et tar

-emur nobis ut debitum, cœ-
>. *Nemo coronabitur nisi qui*
imè certaverit. 6. Diceremus
item qui saltando, bibendo, lu-
o, cùm sit ad colendam vineam
uctus, diceret se præmium â
ino expectare, & tamen ità vi-
is! 7. Sed demus aliquem pro
litatione sui tam multum labo-
ac nos pro Cœlo. v. g. guttam
vinis effudisse per flagella, asse-
urne? Si insuper eodem labore
n vult satisfacere, quòd Regi ala-
i impegerit, vitam ejus hostibus
diderit, apponat etiam pectoris
sionem, apponat lacrymarum
tulas aliquot, aliquoties *Pater*
er &c. perfunctorie decurrat &
regiam hæreditatem expectet,
olor! â amentia! o Dei bonitas!

PUNCTUM III.

Uo merui? In templo fui, sa-

crum audivi; ſed an quis ſibi a
ſibi metens, meretur? Jejunavi
bitum perſolvi: 2. Oravi: Hoc
geli faciunt: Eone aliquis me
quod ipſi Rex impertit audienti
Beneficium accipit, non meri
ponit: Gratiam fecit, cùm
Angelos te orantem admiſit.
& hæc qualis oratio! 3. Meum
pus afflixi: Magnum eſt ſanè c
equo ne calcitret, ne te inpræcep
rat, ſubtrahas avenam! 4. Abſt
à peccatis, nimirum fur mer
quod non furetur, adulter quod
adulteretur! theſauros regum
bus meritis exhauriremus: Aliu
non incurrere reatum pœnæ, a
mereri. 5. Ad pedes Judæ me præ
militate abjeci. Si locum æqua
cum Chriſto cum multis Sanctis
cupes adhuc præmium expectas.
ſe Chriſtus poſuit, ibi multi ſan
rum. 6. Flexi: Nimirum ja

Regem debueras! 7. Dedi elec-
ynam: Dei eſt *orbis terræ &*
itudo ejus: Diſpenſator aliena
enſando per data non meretur.
ibros ſpirituales & ſacros legi.
atori autem dixit Deus, quare
narras juſtitias meas & aſſumis
mentum meum per os tuum? 9. E
tra ſciviſti quod difficilius ſit di-
m intrare in regnum cœlorum
m camelum per foramen acûs:
id? An non deſiderabas pluri-
? An ſi tibi periiſſent, erepta
ſſent, gaviſus fuiſſes? Credisne
o? Cur deſideras, ſi ſalvari optas?
quis anguſtum foramen volens
netrare ſi ſe ſarcinis cumulet, quæ-
ltitia? Ità cœlum quærimus, ità
um! pone in brachio uno ciſtas
villas tuas, in altero agros & do-
os, è collo ſuſpende veſtes ad latera
menta & greges & ſic per foramen
ûs progredere! & ut penetres fa-

ciliushæc impedimenta auge:
ſuper canta tibi, *recepiſti bona*
tua. 10. ô Domine mi tota ſpe
non niſi in valde magna miſe
dia tua, abysſus abysſum in
tuam miſericordiam abysſus
miſeriæ. Ego mendicùs ſu
pauper, Dominus ſollicitus eſt
quod mereor, ſi mereor, à t
ceptatione, à tua gratia eſt, in ſ
guum eſt. Refert Tacitus
Amal. p. 34. *Objectum fuisſe c*
læſæ Majeſtatis Falanio, quòd
cultores Auguſti inter Deos r
Casſium quendam Mimum co
infamem adſcivisſet quia nim
cultor vilis. O Deus quid de
fiet, qui ſæpe viliores animo qu
le corpore tibi ſervire præſumi

OLILOQVIUM SEXTUM.

Peccatum.

PUNCTUM I.

Eccatũ mortale eſt infinitæ mali-
tiæ aut ferè: Et omnes docent eſſe
ẽſuperioris ordinis ad omnes pœ-
ꝛ posſibiles, ad omnia merita pos-
ilia, ut nulla creatura posſibilis
sſit pro uno ad æqualitatem ſatis-
ꝛere, damna ejus reparare, pro
ꝛ ſatis dolere, ſed ſolus DEUS.
Pejus omni malo naturæ, ſordibus,
ıtinis. 3. Tam fœdum ſpectrum
ejus intuitu & Deus & ſancti co-
ꝛreſcant. 4. Deum ligat ne bene-
ciat. 5. Eſt veluti carnifex quidam
ıi in Chriſti ſangvine manus lavat.
Eſt gladius qui cor Dei tranſver-
ꝛrat. 7. Quo nihil pejus in inferno
veneri poteſt. 8. Ita res horrida, ut
ꝛopter id, cælum, ſidera extingui
ꝛberent. 9. Eſt flagellum vel fuſtis

quo Deum a ſe abigit peccator u
animal. 10. Eſt ulcus quod ſolo
gvine Chriſti curari poteſt. 11.
bitum quod nec ſancti, nec A
exſolvere poſſunt. 12. Eſt peſtis
mæ. 13. Eſt pejus quàm tra
Chriſtum peſſimè, aut occide
14. Tentat Deum quantum in
occidere. 15. Tam malum ut in c
paratione ejus alia mala non
mala.

PUNCTUM II.

DEbet homo peccaturus elig
optare, ſubire, priùs omnia
ſa pœnæ, & bonum ſi natus no
iſſet homo ille, cum & DEum p
teat Gen. 6. quod hominem pec
tem fecerit. Minus malum feci
ſi ſtellas, ſolem deſtruxiſſem, or
Divos annihilâſſem, ad infernum
truſiſſem, Angelos occidiſſem, q
cùm peccavi. Quomodo oc
eleva

ıbo, quomodo Patrem dicam?
eſt adverſum DEO omne pecca-
, quàm Chriſti corpori omnia
nenta in pasſione, ut mallet hæc
ùs ſubire, quam ut peccem. Un-
ravius illi facio, quam ſi crucifi-
ı, quis iſte DEus quod ſic affligi-
Pſ. 68. *Super dolorem vulnerum*
rum addiderunt. Nolebat fieri
. 23. Chriſtus ſuos dolores, voluit
ı peccata, ut mors DEI videatur
ı ſatis malum præ peccato. Heb. 6.
ſus in vobis crucifigentes Filium
I & deſpectui habentes. Dolo-
Chriſtus præ dulcedine non ſen-
bat, at peccatum conſiderando ſu-
bat ſangvinem, maluitq; mori
àm illud videre, nam ideò mor-
is, ne videret. Sed & peccatum
it ut homo ſit cibus dæmonis.
ſtquam dæmon decepit Adamum
tum illi, terram comedès, Adamo
ò peccatori, terra es, ſive pulvis,

& in pulverem converteris. Hinc
ſpectus DEO maximus. Im
enim ejus fit hoſtilis cibus, ac ipſ
imagine quodammodo pati
Hinc Peccator, cœlo, Angelis, S
ctis fit exoſus, & Dæmoni plùs qu
mancipium.

PUNCTUM III.

S. Catharinæ Genuenſi oſtenſ
ſemel peccatum idq́; veniale,
corhorruit, ut ſe non tantùm m
turam, ſed annihilandam puta
Vitæ ejus cap. 20. & non valens
modo offenſam videre dixit Domi
Non detrecto quin omnia dæmo
cum illorum terroribus & ſuppli
mihi morienti commonſtres, ni
enim illa facio cum intuitu offe
tuæ licet minimæ compoſita (ait qu
do illi fecit oſtenſum) *neſcio cu*
bibis non exceſſerim. Tunc di
Non miror amplius infernum
tam horridum, ſiquidem conditus

prop

pter peccatum &c. plane mihi ſvadeo quod etiam venialia con- :iens anima immortalis, præ ni- dolore fieret mortalis. à S. Vin- tio Ferrerio duo latrones in car- nes converſi, quia explicuit illis ccatum. 2. Propter peccatum Ho- nis etiam omnes Creaturas DEus niet. Matth. 24. *Sol obſcurabitur.* Terra tremet. 2. Pet. 3. *Virtutes lorum commovebuntur.* Joel. 2. Reg. 15. Etiam animalia Amaleci- rum juſsit interfici. Chriſtus ſo- apprehenſione peccatorum pro ıibus pasſurus erat, in deliquium cidit in horto & factus eſt in agonia cut homines aliqui qui horrent ca- ım, canem, &c. 2. Omnia alia pa- Chriſtus poteſt etiam pedibus con- lcari, lacerari, conſpui. &c. So- ım peccatum non poteſt unde ma- is hoc illi adverſatur, quàm omnia lia. Mallet eligere pati millies

quæ passus est, quàm, ut ego fe
peccem. Unde pejus ago
Christo quàm si illum crucifiger
conspuerem, & ita ago, ut nec
cane pejus agere possim, quia
crudelitates quas in canem exer
ro, si proposuero Christo mal
illas, an ut ego minimè peccem,
ut delicias eliget. 3. Si DEum p
bile esset juxta Deitatem tristari,
lere, infirmari, præ peccati ap
hensione morbo corriperetur. C
Ephes. 4. Spiritum Sanctum co
ale unum. Bern. serm. de tripl.
). *Non jam nævus est sed*
ula si in actionibus nostris vel
ima residet negligentia man-
rum. 4. Quid distractio in ora-
e? Nonne Cass. coll. 23. c. 7. Non
tè *non solùm levi peccato, sed*
etiam

etiam graviſſimo impietatis *mine aſtringitur , qui pr* *Domino fundens , ſubitò à* *ſpectu ejus quaſi ab oculis* *videntis nec audientis cogi* *onis improbæ vanitatem ſec* *abſcesſerit.* 5. Veniale eſt m cium. At S. Doroth. ſern *Nullus mendax adhærere D* *aut uniri unquam poteſt.* ut Hier. in 1. Tim. *Quoties* *vincimur, DEum negamus.* 6. impediunt, ne Sacramenta ex operato majorem conferant tiam. 7. Juxta S. Baſ. Reg. br Contriſtant Spiritum Sanctu 8. S. Cypr. de operibus Chriſti de Baptiſmo. *Non pertinet* *Domine , nec de tuis eſt ,*

diligit, nec diligit te, qui scienter offendit. Quia
v. 48. S. Brig. *Scienter pec-
venit in manus diaboli.*
p. 125. Christus ait: *Talis nisi
na præcedente contritione
rit judicium Dei, & mundi.*
Catharina Senen. quia in qua-
visione aliò respexit, ita à B.
. reprehensa, ut in amarissimum
n proruperit. In ejusvita.
tianus Noë Cisterc. ante altare
itino absoluto obdormivit, B.V.
eum percutiens excitavit, ajens:
esse hic locũ dormiendi sed oran-
æsar. l. 4. c. 40. B. Musa puella
ita à B. V. ut lusu, jocis, risu ab-
ret, si secum regnare vellet. S.
. 4. Dial. c. 17. 10. Apoc. 2. *Te-
r es, incipiam te evomere ex ore*
id est ex Ecclesia mea, ut fias hæ-
reticus

reticus aut atheus. ex religione
11. Induit te veste pretiosissimâ
tiæ Deus, & tu illi fœdissimos c
nes assuis. S. Teressa apud
ram. in vita sua lib. 4. c. 25.
*potius oppeterem mortes, q
venialem aliquam culpam sc
ter deliberateq; committe*
Veniale fuit imò valdè parvum,
1. Reg. 14. Jonathas mel gustav
& tamen DEus videbatur ob i
tum deserere populũ, nec ad E
responsum dare, à quo salus p
pendebat.

PUNCTUM V.

UT tamen DEI clementiam d
cias, quàm facile ea remitt
de. 1. Confessione. 2. Contriti
3. Attritione. 4. Displicentiâ de
& aversione. 5. Cujusvis Sa
menti susceptione. 6. Dic

r noster &c. 7. Orando in Ec-
a consecrata. 8. Benedictione
tificis vel Pontificantis. 9. Aquâ
dictâ. 10. Benedictione sacer-
s. 11. Signum Crucis formando.
pectus tundendo. 13. Rebus &
benedictis utendo. 14. Reli-
s aut Agnum DEI gestando.
enedictione. 16. Eleemosynis
spiritualibus, seu corporalibus,
Dicendo Confiteor &c. 18. Ado-
lo SS. Sacramentum. 19. Vel
cifixi imaginem. B. Virginis,
alicujus S. 20. Mortificatione
vis. 21. Dicendo nomen JESU.
Ianuum Sacerdotis impositione.
Osculo terræ. 24. Benedictione
erabilis Sacramenti. 25. Osculo
reliquiarum. 26. Suffitu in tem-
cui datur. 27. Ingressu in reli-
nem, & professione. 28. SS. ci-
bus. 29. Processione in templo,
 30. Comi-

30. Comitando V. Sacramen
cum defertur, vel illud adora
31. quovis pio opere.

PUNCTUM VI.

QUàm diu etiam in amicis
retinet vindictam peccati v
lis Deus, quàm difficilè remitt
Moyse colligere est. De quo S. G
lib. 9. epist. 58. ad S. August. A
Angliæ. Certè Moyses dum
populum ex Ægypto educeret
ra, sicut tua fraternitas novit,
in Ægypto operatus est. In
monte quadraginta diebus ac n
bus jejunans, legis tabulas acc
inter coruscos tonitruos pert
cente omni populo, omnipo
Dei servitio solus familiari etiam
locutione conjunctus est, rul
mare aperuit in itinere ducen
buit nubis columnam, esurien
pulo manna de cœlo deposuit, c

derantibus usque ſatietatem ni-
m in eremo per miraculum mi-
ravit. Sed cùm jam ſitis tem-
e ad petram ventum fuiſſet, dif-
s eſt, ſeq; de eadem aquam edu-
poſſe dubitavit, quam jubente
nino percusſit, atq́, aquas efflu-
s aperuit. Quanta autem poſt
in deſerto per 38. annos miracu-
cerit, quis enumerare, quis in-
igare valeat! Quoties res dubia
num pulſâsſet recurrens ad ta-
naculum ſecretò Dominum re-
rebat, atq; de ea protinùs Deo lo-
nte docebatur. Iratum Domi-
n populo placabat ſuæ precis
rventione, ſurgentes in ſuperbia
; diſcordia disſidentes dehiſcentis
æ hiatibus abſorbebat, victoriis
mebat hoſtes ſigna monſtrabat
bus. Sed cùm jam ad repro-
ſionis terram ventum fuiſſet, vo-

catus in montem eſt, & quam
pam ante annos triginta ut di
octo fecerat, audivit; Quia de
cenda aqua dubitavit. Et pro
hoc quia terram repromiſſioni
trare non poſſet, agnovit. Qu
re conſiderandum nobis eſt, q
timendum ſit omnipotentis De
dicium, quia per illum ſuum te
gna faciebat, cujus culpam tam
go tempore ſervabat in cogitati

PUNCTUM VII.

EX libro 3. Capite 9. Vitæ B. V
nicæ de Binaſco Virginis M
lanenſis; Reprehenſio facta ab
gelo, punctum hoc impleat. N
vit aliquando ſororibus Verc
candida ſimplicitate præclara,
cens: Miſſæ ſacra agente Sacer
quopiam die, juxta altare gen
xam Sororem curioſiùs inſpex
mentis ſtabilitate: Verùm c

[cor]poreis ſenſibus me abſtrahi con[ſue]-
[vi], Angelus Domini, qui mihi ad-
[eſſe] conſveverat, me tanta ſeveritate
[incr]epuit, ut diem extremum clauſu-
[ram ex]iſtimaverim, ſi corpori mens mea jun-
[cta f]oret talia ſuſtinens. Heu quàm
[ingè]ns fuit horror ille arguentis An-
[geli]! Quàm dura verba! quàm
[terri]biles vultus! Inter cetera verò
[repr]ehendentis Angeli iſthæc verba
[fuer]e: Siccine egiſti cordi laxans
[hab]enas? Cur oculis divagata es?
[Cur] Sororem illam curioſiùs inſpe-
[xist]i? Profectò haud leviuſculè in
[hoc] peccâſti. Regrediens autem
[ver]go ad corporeos ſenſus trium
[hora]rum ſpatio innumeras effudit la-
[cr]ymas. Dixit quoq; Chriſtum
[qui]ve quodpiam ſibi demandâſſe ad
[per]agendam pœnitentiam ejusce in-
[uti]litatis oculorum. Secretius
[it]em demandatum ſervare Virgi-

 nem

nem juſſit Chriſtus Maximus, qu
obrem affirmare conſveverat V
nica dicens: Quando miſſæ ſa
interſum, nec quidem caput mo
auſim, metuens divinæ Majeſt
ultionem. Expoſuit quoq;
gelus Domini Veronicæ primos p
gatorii aditus, innumeraſq; ani
ſacris initiatorum, & utriusq; ſ
maximam turbam incredibil
affectas inſpexit. Ait autem A
lus Domini: Scito filia mea, ani
pro quavis levi inobedientia in ſ
riores, ac ſegnitie in exequendi
vinis, iſthæc tormenta ſuſtine
Præſtat inter earum crimina in
murmur erga ſuperiores, & c
rumdam ſanctimonialium in ſ
Confesſorem: Quapropter pr
dem ſcelere nunc acriùs affligu
Nam confesſionis ſacramento D
ſibi olim propitium efficie
pa

entur donec Deo placuerit. Li-
rentur autem orationibus, Mis-
c eleemosynis. Tanti est mo-
ti murmur, quod nisi crimen il-
confessione sacrâ expiâssent,
nis suppliciis forent addictæ.

PUNCTUM VIII.

Umbertus V. Gen. Ord. Præ-
dic. Instit. vitæ Spir. lib. 4. parte
hunc sensum tepidum Religio-
reprehendit, quo etiam modo
tepidi possunt redargui. Ingres-
es religionem ut tanquam ser-
s veterem exueres pellem, sed
m non depones si laxè vixeris,
is est arcto. Si in sæculo inter
los vixisti benè, cur modo vivis
lè inter bonos: Si malè vixisti,
fugisti ad religionem ne in ma-
Dei viventis incideres, resumis
do funē quo in inferno suspenda-
& Domino qui rupit tua vin-

cula loco ſacrificii laudis offers c
tumeliam. Dedit tibi locum D
pœnitentiæ, & in illo contra DE
pugnas, & theſaurizas tibi irar
Deus tibi pœnam inferni commu
vit in vitam religioſam, & tu pœr
quæris æternam. Diſtinxer
labia tua vota Domino, ſpontè
elegiſti, dediſti omnia tua Dom
per illa, cur te ipſum tradis diabo
Mentitus es Spiritui S. ſicut Ana
peribis cum illo, quia non re
quod promiſiſti. S. Benedict. cap
regulæ dicit. Qui aliter facit qu
profesſionem fecit, ſciat ſe damn
dum à Deo quem irridet, & prote
tur Prov. 21. Deſpexiſtis omne c
ſilium meum, increpationes m
neglexiſtis, ego quoq; in interitu
ſtro ridebo. Mundum reliqu
pro Deo, cur etiam Deum relinq
Quæſiviſti ut negotiator marg

pretiosam, invenisti, & ecce il-
proculcas pro qua omnia dimi-
. Deum repulisti & à sæculo re-
sus es. Dimisisti Fratres, Pro-
quos, Patrem, Matrem propter
um,& ecce ipsum Deum dimittis.
loco Sancto peccas, sed audi
.56. In terra Sanctorum iniqua
sit, non videbit gloriam Domini.
is inter servos Dei sicut Judas in-
Apostolos,& Job.2. Sathan inter
os Dei. Salvator Joan.6. Judam
avit diabolum, quia inter bonos
lè agebat. Dicit enim. Nonne
duodecim elegi & unus ex vobis
bolus est! Habens manna cœ-
e illud fastidis & quæris Ægypti
as? De manu Dei cibos accipis
vestitum. Vide ne sit dictum
te. Ecce manus tradentis me-
n est in mensa. Luc. 22. Si ini-
cus maledixisset mihi, sustinuis-

ſem utiq; , tu verò homo unanin
dux meus, & notus meus, canis ce
illum non invadit à quo paſcit
Obtuliſti te Deo aufers te Deo ,
offers diabolo cui te immolas h
ſtiam execrabilem & fœtentem.
adhuc præſumis ſtare coram D
quem tibi hoſtem feciſti. Occu
locum ſervi Dei. Audi Luc. 13.
arbore infructuoſa. Succide e
ut quid etiam locum occupat! f
cipis illos à quibus beneficia acci
illi vel vivi, vel in purgatorio tui
dunt orationibus,at illæ quales fu
Peccata quæ in loco ſacro comn
tuntur absque miſericordia pu
Deus. Peccavit Angelus in c
& cecidit ſathan ſicut fulgur. P
cavit Adam in paradiſo & in per
tuum eſt expulſus. Peccavit Ju
in Collegio Apoſtolorum, & ſuſp
ſus crepuit medius, & omnia il
viſc

:era sunt effusa. Peccavit Ana-
s & Saphira in medio justorum,
statim corruerunt, & expirave-
it non terrent te exempla, facta est
frons tanquã meretricis. Ascen-
:i crucem cum Christo, sed sicut
ro malus illum blasphemas, non
lies, non audies illam vocem.
diè mecum eris in paradiso, in
o enim salutis damnationem
m operaris. Minoris facis tua
:cata, imò nec eorum turpitudi-
n vides, quia à luce quam ingres-
fueras recessisti ad tenebras. Job.
. Manè consurgit homicida. Sed
r? Ut mactet, jugulet. Tu tor.
s ut Deo laudem reddas. Isai 5. Ab-
isti legem Domini exercituum,
eloquium sancti Israël blasphema-
. Qui gratiam acceptam non
timat, non est illâ dignus. Tenet
n gladium justitia Dei super caput
 tuum

tuum ne te occidat, Job. 19. Fug à facie gladii quoniam ultor iniq tatis eſt gladius.

SOLILOQVIUM VIGESIMUM QVINTUM.

Gratiæ DEI Actuales

PUNCTUM I.

1. QVia ſæpiùs mentionẽ illar fecimus hîc illas exponem Conſtituuntur tribus. Protectio Excitatione, Directione. *Pr ctio* in eo eſt quòd Deus non perr tat ut diabolus ultra modum te ita ut nos peccemus, quòd occ ones peccati non dentur, quòd m bo nos dæmon non afficiat, in non ſupponat lapidem, ut pe frangamus, & ſi peccemus pulſat ut pœnitentiam agamus. *Excit* in eo eſt. Quod bonæ cogitatic in nobis oriantur, ut eleemoſyn

dem

us, peccata vitemus, oremus, ad
lum eamus, librum ſpiritua-
legamus, &c. *Directio* in eo
iſtit, ut quod boni propoſuimus
uamur, unde tales dat ſocios,
on impediant, ad locos tales de-
t, ut aptè poſſimus facere, dat
esſarium qui det optima, & fa-
na conſilia. Guſtum quen-
in ipſo bono opere ut mortifi-
, oratio, ſapiat. Ut nihil aliud
rrat, quod diſtrahere poſſit.
æc dantur propter quodlibet bo-
opus, ſi homo non ſit impec-
mortali. Maximè verò pro-
uſum Sacramentorum, & quan-
omo non abutitur illis. 3. Sub-
untur autem etſi non de toto ta-
maxima ex parte ſi homo vo-
oni divinæ reſiſtat, aut mortali-
eccet. Eſt autem certa cuique
nſura gratiarum ita neceſſaria ad
ſalu-

ſalutem ut ſi illam accipiat cert
mò ſalvetur: Si minus accipiat ſ
peccabit, & ſæpe reſurget, & tan
ultimò peccabit, & damnabi
Quia ſalus noſtra ſæpe à rebus
dicis dependet, circa quas niſi pr
gat, excitet, dirigat, certò per
Ut in *Protectione* permittit, &
impedit DEus ut v. g. eas ad co
vium, ibi audis aliquid turpe, con
tis, peccas, oritur rixa, tu in illo
cato occideris. Inebriaris I
permittit ut exeas domo, incid
pugnantes, occideris. Is nata
DEus permittit te, ut ad dextran
ubi aqua profundior, mergeris.
per plateam DEus non impedit a
aut dæmonem ut tegulam dejic
obrueris. Is cubitum DEus
prohibet, ut certo ſitu jaceas in
humores turbantur, & mali
humor in cor deſcendit, ſubitò

ri Bibis avidiùs, DEus non pro-
b, ut guttur aliquis humor imp.
a præfocaris. Fructus comedis
uos DEus non excitat in te nau-
a, vel certè fructus infectos ab
qa bestia venenata, comedis, pau-
oſt apoplexiâ tangeris. Vadis
plateam ubi eſt foſſa, DEus ocu-
on dirigit ut eam aſpicias, cadis,
m frangis, non impedit ne ma-
chirurgus vocetur, vel ne erret
ventum aliud pro alio accipien-
u interim peccas, moreris, & ſic
liis. *In Excitatione* permittit
le hoſpitium conducas in quo
perſonæ, quæ te inducant in
atum, venias ad confeſſarium
ui in re non eſt ſacerdos, vel qui
agis confundat, quàm dirigat,
te excitetur melancholia, & ut
eſperationem incidas. Sunt duæ
ina latronibus infeſta, altera ſe-
cura,

cura, permittit ut dæmon in te c
tet mentem eundi viâ infeſtâ, u
cidaris. Cogitas ad Confeſsio
ire, venit ſocius, qui te abſtrahit,
det, vel aliò abducit. *In direct*
Non dat guſtum in rebus ſpirit
bus ut vix poſsis aliquid boni fa
non dat horrorem peccati, ut
non fugias, permittit tædium
moleſtiſsimum ſit tibi opus bon
& ſic de aliis, quæ facillimè vitar
terant, & hac ratione infiniti h
nes in æternum pereunt, quo
ruina à minimis cœpit. Simi
alii ex minima occaſione conver
tur & tandem ſalvantur. Ex Le

SOLILOQVIUM VIGESIMU SEXTUM.

Quid ſit in cælo eſſe

PUNCTUM I.

1. EST habere, gaudere, læ
quod oculus non vidit,

audivit, in cor hominis non
dit: Attamen multa bona vi-
s, plura cogitavimus, plurima
gitare possumus. 2. Omnem
ntiam acquires perfectissimè,
sophiam, Theologiam, Jus, &c.
nia videbis quæcunq; gesta ab
mundi, omnia ædificia, omnia
, splendores &c, 4. Judicia
occulta intelliges quare hic cum
vixit, tandem in morte peccat,
mnatur, ille totâ vitâ peccator,
m convertitur & salvatur, qua-
nici sine vera fide relinquan-
infantes sine baptismo, mali
nentur & similia. 5. Quid-
est in avibus pernicitatis habe-
quidem ita, ut eo quasi ipso
velis, omnia regna, loca, omnes
, solem, lunam, &c. lustres, &
ceribus terræ metalla & mari
a clausa contempleris, per
omnia

omnia penetres, inſpicias. Nihil
ti posſis, non famem, æſtum ſi
frigus, morbos, malos homi
7. Quidquid voluptatum excog
bile ſine ſordibus tamen, experi
omnem dulcedinem quæ eſt in ci
potu, ſaltu, muſica. 8. Quos
Sanctos adeas, jam Bſſmam Vi
nem, jam alios, jam etiam damna
9. Vias tuæ prædeſtinationis ag
ſces, quam te mirabiliter DEu
cœlum duxerit, cur te affligi v
hoc vel illo. 10. Quidquid exco
& in mentem bonorum tibi ver
hoc habebis.

PUNCTUM II.

EST DEum videre. 1. Quid
boni eſt ut in cibo ſapor, in f
bus odor, in muſica dulcedo h
DEO habebis, ſed longè meliori
do. 2. Quidquid oblectabilitati
rum, veſtes pretioſæ, posſeſſione

t, hoc in DEO, ſed excellentius.
uidquid pulchritudinis in perſo-
pratis, imaginibus, rebus omni-
&c. vides, videbis ſed pleniùs.
Quas vides & te ita rapiunt boni-
s, umbra ſunt, imò nihil reſpectu
& ab illo habent totum, ſicut à
nino infimus ſervus, ille eſt tota
itas. 5. In eo mille & millies mil-
infinitos mundos, ædificia, re-
milites, Angelos, ſcientias, me-
es, perfectiores, videbis. 6. Quid-
d laudis, famæ, gloriæ invenitur,
llo ut in fonte obtinebis. 7. Quod
eſt DEus, videbis; id eſt, creatu-
animalia, aves, infinita & infini-
meliora; quidquid DEus ſcit,
nofces, id eſt, DEum ipſum, An-
os, rerum omnium naturam, flo-
n, lapidum virtutes, & quæ ex his
ificia chymica &c. fieri poſſunt.
Quidquid eſt dulce, ſapidum, gra-
tum,

tum, jucundum, gustabis in eo,
nobiliori modo. 9. Videbis & in
liges ipsum DEum, hoc est, ips
bonitatem, à qua omnia bonitat
accipiunt, sicut à ditissimo r
mendici eleemosynam: Ipsam
sentiam, in qua magis omnia su
quàm in seipsis: Ipsam immensi
tem, & tum dilatabis cogitatione
voluptates tuas extra mundum,
iis capiendis mundus angustus sit,
debis quomodo donat, & infinita
nare potest, & nihil ipsi deerit,
ubiq; & ubiq; totus, ab æterno ar
res & odit aliquas simul: Punit
præmiatur, nunquam felicior
potest, quia quidquid felicitatis co
tare potes ultra & ultra hoc hal
Quomodo in momento infini
mundos possit & cœlos creare
Quomodo sit sapientia infinita,
rerum quæ in mundo fiunt, nec i
pec

:ata ſine gravi cauſa permittit:
quidquid aliquis artifex effecit ab
o mundi, aut facere poterit cla-
mè videbis, quidquid doctiſſimi
qui, cognoſces. In eo quidquid
:hri in univerſis rebus,ut gemmis,
, quidquid amœni, ut in hortis;
lquid glorioſum, ut olim in Ro-
is &c. totum ſimul eſt: Ipſe eſt
s vitæ, ut ab eo quod vivant ani-
ia,& Angeli habent eſſe ſicut ha-
rivulus à fonte. 10. Et hoc to-
in æternum, hoc eſt ſine fine,
morte, ſine morbo, ſine hoſte,
labore, ſine ullo quidquid in-
:tare aut affligere poteſt. Sine
io quia pura ſunt bona.

PUNCTUM III.

Inge ſimul quidquid voluptatum
in cibo, potu, victoriis, ſcientiis,
ne, omnes ab initio mundi homi-
ad finem habebunt, hoc in unum
con-

conflari, & ecce reſpectu cœli
tantum ſunt ut mors reſpectu
2. Quidquid ſcientiæ ſapientes,
artifices, eloquentiæ oratores, P
hyſtorici habuerunt, reſpectu h
quod in cœlo habebis, nec ut u
eſt reſpectu ſolis. 3. Quidquid
tiarum, imperiorum, gloriæ, C
res, Reges, victores obtinuerunt
ſpectu cœli nec eſt ut picturæ r
ctu prototypi. 4. Cogita adhu
omnes mundi ſapientes, imo o
Angelos adhibe, ut tecum cog
quidquid poteſt excogitari deſic
bile, plus in cœlo & melius hab
Lege omnes hiſtoricos & ſcrip
qui aliquid quod optari poteſt de
pſerunt, nihil eſt. Omnes hon
dicant tibi, quod quiſq; pulchr
cundum, audivit, vidit, effinger
deſiderare poteſt, plus & plu
erit. 4. O vita quâ vivit ipſe I

àm es bona! ô felicitas, quâ bea-
ipſe DEus & infinitè beatus eſt,
omodo me beabis! *Concupiſcit*
deficit anima mea! ego ego ipſe
n Angelis,cum Chriſto,cum San-
; converſabor ita ſicut cum ho-
ibus, ſicut cum Fratre, matre!
Cogita adhuc & tecum ad cogi-
dum advoca quidquid laudari,
tari poteſt: Habebis & habebis
undantiùs, hic umbras cogitas,
ſunt res ipſæ. 6. Rape me Deus,
n tædet hujus carceris, ibi eſſe vo-
ubi omnis ſenſus, omne mem-
um, omnis animæ potentia, omne
omentum, ſuam & novam & ferè
initam habebit voluptatem: Ibi
e volo. Propter me paraſti, Filius
us id mihi ſangvine ſuo veluti hæ-
itatem emit, negare non potes
mmodo ipſe velim. Sed quàm
ò & quàm langvidè volo! & ta-
men

men quid hoc est quod locutus
sicut si arbor aut lapis vellet loqu
deliciis humanis, quas nec p
nosse, nec intelligere. 7. Qui
voluptas cœli? Est ea, quæ n
meritis aut pretio nisi infinito en
est, & pro qua Filius DEI ut n
lucraretur mortuus. 8. Sicut d
natos omnes maledicunt, ita hos
DEus benedicit, omnes Sancti &
geli. 9. Dabit DEus Dominu
potestatem in creaturas inferi
ita quodammodo sicut dedit Ch
ut de iis pro libito disponat. Apo
Qui vicerit & custodierit usq; a
nem opera mea, dabo illi potest
super gentes, & reget eas in v
ferrea, & tanquam vas figuli
fringentur, sicut & ego accepi a
tre meo. 10. Et quia DEus est vit
ipso DEO immergentur, & tun
aliquâ indicibili, purâ, vivent, r

cujus hæc vita moderna, mors
DEus eſt omnia, & non magis
eſt omnia quàm eſt, & quidquid
poteſt facere non ideò non po-
facere, quaſi vires illum defi-
, ſed quia illud implicantiã in-
t. Videbis hæc, cognoſces hæc
na, ſed non hoc modo ut in terra
noſcere ſoles, ibi intellectus im-
iatè ſine phantasmate agit, nec
ſut prius aliquid ſit in ſenſu: Sed
cognoſces, ut veluti in ipſum
m cognitum muteris, & veluti ſi
ulum aliquod daretur, in quo
ua geſta ab æternitate, ab initio
di videres idque unico intuitu,
lquid arcanorum in natura quid-
intra terram, & mare agitur,
modo metalla & gemmæ na-
tur, qualis quodvis aſtrum virtu-
molis, figuræ: Omnes homines
t illis præſens, naturas viventiũ,
R con-

consilia Principum, & omnes sc
tias in momento acquireres, st
Theologus, Mathematicus, Ju
Medicus &c. fieres, & in his or
arcana penetrares, quadraturam
culi, motum perpetuum, &c. o
Angelos, Dei circa te consilia &
multos alios, mysterium Trinit
& intra illam scientiam int
cùm sit tanta ut in te intrare
possis, & simul *intrares in gau*
quod ob magnitudinem intra t
tum recipi non potest. 11. Illa
mensas astrorum moles oculis
lustrare, illam eorum imme
velocitatem; nam de facto
Astronomis stellæ quo libero
videri possunt in æquinoctiali ci
uno horæ minuto milliaria g
214800. conficiunt, intra ver
sum arteriæ 3580. jam verò qu
velociores his globi his altiores

gnoti & qui viſum effugiunt, in
pſis globis aquæ, montes, val-
c & hi reſpectu cœli empyrei ſic
ſuo toto cœlo, punctum ſunt.
ael quàm magna domus DEi tui
ingens locus poſſeſſionis ejus.
nec in cor hominis aſcendit ma-
eſt & non habet finem. 12. Hæc
caro noſtra quas non habebit
ptates, melodia omnis in terris
ectu illius, ſtridor eſt: Odor fœ-
eſt: Sapor, amaritudo, cor-
um ad tactum proportio,
roportio eſt. Sed hæc o-
a præter videre DEum nihil
. Videre autem Deum ſignifi-
poſſidere, ſeu illo frui ſicut au-
Muſicam eſt illâ frui. Sed quid
eſt ipſum? Eſtne melos auribus
tiſſimum? Amplius. Eſtne gu-
dulcor, membris robur, viſui ali-
ſummè oblectans color, naribus

constans & non obtundens se[...] odor, toti corpori aliquis svav[...] tactus? Amplius, amplius. [...] hæc, quia hæc materialia, sed & [...] modo tamen quasi infinito me[...] Estne aliquod bonum quo su[...] voluntas oblectatur, verũ quoin[...] ctus: Hoc est sed quale sit co[...] modo non potest, quia modo [...] est in anima quod per sensum n[...] travit, at ibi immediatè; ideo [...] hac vita *nec oculus vidit nec* [...] *audivit* & consequenter, *nec i*[...] *hominis descendit.*

SOLILOQVIUM VIGESIMU[M] SEPTIMUM.

Spes & Misericordia D[ei]

PUNCTUM I.

1. DEus in neminem immitt[...] lam tentationem nisi q[...] scit illum posse superare, etiam [...]

tiâ nolit. *Fidelis Deus est qui non* *nittet vos tentari ultra quàm po-* s. 2. Magis nobis vult benefacere, n ignis calefacere: Quia quò or bonitas magis se communi- DEus est naturâ bonus. 3. Ne- em ideò creavit ut damnet, sed nes ad cœlum ordinavit, & omni- dedit sufficientissima media, ut int venire, tum primò quando t aliquos non usuros illis mediis nnavit. 4. Peccata ità remittit ac inquam fuissent, Ps. 50. *Super* *em dealbabor. In mare proji-* *n omnes iniquitates tuas. Non* *rdabor amplius, oblivisçar*, unde ursus labaris, ità tibi remittit ac si nquam peccâsses, quia oblitus est nium quæ antè fecisti; item si sus, ac rursus, ac millies. 5. Scivit quando te creabat quòd tam fre- enter esses peccaturus, nihilomi-

nùs te creavit,& quidem ideò ut
in cœlo. 6. Peccata quæ ſemel
confesſus nunquam ampliùs red
etiamſi rurſus in illa labatur, &
lùm pro illis quæ non confitetur
in inferno. 7. Peccata quæ ſe
confeſſus nihil ampliùs nocebi
ſed eo magis gratior erit Deo in
lo, ſicut ſi aliquis Filius ex capti
te redeat, vel ex morbis graviſſ
convaleſcat. Luc. *Filius qui peri
inventus eſt!* Et quò ex gravior
peccatis ſurgis eò ipſi gratior es
patet in filio prodigo ſicut magis
tamur ſi ex graviori morbo, quà
ex leviori ſanetur amicus. In jud
minima ſolvit. *Viſitâſtis me*
non redemiſtis. *Dediſtis* potum
non ditaſtis minima planè cœlo
ſolvit. 8. Ità eſt contra naturam
nocere. ſicut contra naturam ho
nis per aërem ambulare, unde q

permittat in bonum est no-
n. Aug. *Sunt multi quibus ipsa*
ata cooperantur in bonum, cùm
nt non colliduntur quia tu sup-
s manum. Luc. *Etiamsi quid*
iferum biberint, non eis nocebit,
icut Medicus sapiens permittit
hominem aliquamdiu in febri
deinde sit sanissimus, ità DEus
eccatum labi, ut vel homo se ma-
humiliet, magis in Deo confidat
riùs serviat. Aug. *Nisi Deus sci-*
ex peccatis elicere bonum non illa
mitteret. 9. Jure posset Christus
ostulare à Deo, si aliquod pecca-
nollet remittere, quasi illius pas-
mors, non esset sufficiens pre-
n. Cùm una gutta sufficiat
millies mille pejoribus mundis.
Contra prudentiam Deus faceret
n creaverit hominem propter
lum, si non daret sufficientia me-

dia, sicut qui finem vult sine c
11. Etiamsi non emendes te & in
dem relabaris post summa benefi
adhuc te amicum si voles Deus su
faciet, relapsus juxta Clim. gr
Moyses post tale beneficium q
fuit videre Deum in rubo, tamen
ceptus & Dux populi factus. *M*
ses cùm Deum vidisset in rubo ru
in Ægyptum, id est ad sæculi te
bras ad faciendos lateres intelleᴄ
lis fortasse Pharaonis rediit, ve
rursus ad rubum imò verò ad mon
DEI regreditur. Qui intell
quid sibi velit hæc speculatio, n
quam omninò desperabit.

PUNCTUM II.

Speciali affectu fertur erga pec
tores. 1. Reliquit 99. oves
unam amissam inveniret. 2.Si Ad
non peccavisset Christus non in
natus fuisset, nec B. V. fuisset M.

[e]i unde expeccatis nostris facta est
[a]r Dei. 3. In Ecclesia canuntur Da-
[di] Ps. & epistolæ Pauli, qui erant
[e]itores frequentiùs, quàm Joan-
[u]t Prophetarum qui erant inno-
[c]es. 4. Relictis discipulis cum
[S]aritana loquitur. 5. Etiam Ma-
[trem] suam relinquit, ut cum pecca-
[to]ribus agat, dum nunciatur illi Ma-
[trem a]desse, ait. *Quæ est Mater mea*
nonne hi qui verbum DEI au-
[diun]t, id est quibus prædico. 6. Priùs
[pecc]atrici Magdalenæ quàm ulli
[Apo]stolo Sancto comparet. 7. Jer.
: *Si Mater poterit oblivisci in-*
[fant]is &c. Et si illa oblita fuerit,
non oblivifcar tui. 8. Misericor-
non esset si peccata & miseriæ
essent, Dei *Misericordia super*
[omn]ia opera est, itaq; ut illam exer-
[ceat], debet peccatoribus esse propi-
[or]. 9. Petrum fecit caput Ecclesiæ

 qui

qui erat peccator, Paulum Princi[p]
inter Apostolos, qui persecu[
Matthæum Evangelistam qui t[
narius. 10. Omnes fuimus idol[
træ scelerati & nos vocavit ad fi[
& Sanctos fecit. 11. Si *dedit pro*
bis filium, quomodo non omnia
illo, faciliusne mori, an dicere
mitto tibi? *Majus gaudium* [
uno peccatore, quàm 99. justis.
dicat se non esse eum qui est, [
Imperator si dicat: Frustra sum
perator, si non impero. *Ità n*[
opus medico bene habentibus.
non sint peccatores, meâ operâ
est opus. 12. Magos de Chaldæa
ra ut S. Max. hom. de Epiph. d[
primos è Gentilibus ad se ado[
Qui Chaldæi famosissimi in supe[
tionibus erant, & nomen Mago[
illis reliquit, quòd etsi illi forte R[
optimi fuerunt suorum, tam[

ens superstitiosissima, à Roma-
o impietatem ex turbe aliquo-
ecta, ad gratiam admitteretur.
g. in Ps. 109. *DEus nihil pro-*
nisi indignis, idem de se in Con-
Ego fiebam miserior & tu Deus
propinquior. & alibi. *Christus*
venit ad inspectionem merito-
, sed ad remissionem peccato-
Jurat nobis Deus, quòd pro-
peccatores venerit non ob ju-
argumentis Pastoris quærentis
, mulieris drachmam &c. pro-
Tertull. *O miserrimos si nec ju-*
Deo credimus. 13. Quantope-
ederes eos in salutem homicidæ
homines, qui, cum illis homici-
lium Regis interemisset, ipsum
em conspuisset, depalmavisset:
d tandem tactus aliquo dolore
um suum detestari ac horrere in-
ret & reprobare: Illi omnes re-
 lictis

ctis suis negotiis in choros ca
tiū se effunderent, &c. plausib
Musicâ omnia complerent, &c.
gis gauderent quàm si aliquo
Regi nati fuissent. Vide o a
an non tu sis ille homicida per
catum mortale per veniale depa
tor, an non super te pœniten
agente gaudium sit in cœlis? C
ita esse, asserit Salvator Luc.

PUNCTUM III.

NUllum est peccatum irren
bile Nam Marci 3. *Si pecca*
in Spiritum Sanctum de illis e
miracula Christi adscribebant
moni, tales enim nunquam crec
erant, ac nec convertendi. 2
possunt dari tot peccata ut re
nequeant. Manasses habuit F
Super numerum arenæ maris,
missa sunt. 3. Quamdiu homo
amentiâ non percutitur, nor
m

nsuram peccatorum implevit. ia non esset viator. 4. Melior est is, quàm Petrus, Petro imperat 77. in diem offensas remittat. Magis est Deus bonus quàm homo lus, quia non esset DEus bonus àm homo malus, quia non esset lus, unde debet plus dimittere àm homo committere 6. Esset ntra DEI bonitatem atq; impossi-e ut creet hominem cui non sit re-llurus toties quoties peccata si mo velit. Clim. gr.5. *Noli turbari quotidie laberis, neq; resilias s. a sta riliter, prorsus enim reverebitur lerantiam tuam custos Angelus.* Si septies in diem cadas, dum resi-scas Adhuc pro justo apud Deum beberis *Eccl. Septies in diem ca-t justus.*

PUNCTUM IV.

CRede Deo Ezech. 2. 1. *Vivo ego*

dicit

dicit Dominus (quaſi diceret t
certi eſtote, ac me vivere) *quia n*
mortem peccatoris, ſed magis ut c
vertatur & vivat. 2. Sperasne
audires pro te orantem Chriſtu
Pater dimitte illi, orat, hoc enim
officium Mediatoris. 3. Deus da
num aliquomodo patitur cum
damnat, quia tot auxilia & ſang
nem in te impendit. 4. Donavit n
bis infinita ſua merita Chriſtus,
per illa ſatisfaciamus, applicem
nobis illa, poſſumus illa in parte
tera ſtateræ ponere. 5. Non vi
non quale quale ſed ſuum corpus
tibi in pignus gloriæ, ſicut dan
obſides, ſi fefellerit, qui pacta init
iis pro libitu ſuo utatur. Vult
tale pignus perdere. *Pignus*
juxta S. Th. in Rythmo unde
Joan 6. *Qui manducat hunc pane*
etiamſi mortuus fuerit vivet. Im
E

go eum *suscitabo in novissimo die*
i die judicii ubi alii præ metu ferè
morientur) 6. Estne DEus jocum
tiens, quid svadet pœnitentiam,
dicit jugum suum leve, si difficilis
! 7. Nunquid est illi honor si il-
is imago ardeat in despectum, à
rnificibus uratur in inferno, idq;
am tanti emit, æstimavit. 8. Si
quid non impetras, id inde est, vel
ia in peccato existens petis, vel
ia tibi hoc esset nocivum dat in-
rea aliud æquivalens. 9. In te vo-
ostendere artem suam Christus
ut medicus in gravi ægroto, &
m optat sibi contingere. 10 Mem-
um es ejus, te non rescindet si
tenderis vel modicum velle vivere.
S. Chrysost. de S. Philog. *cupit ef-*
ndere misericordiam quemadmo-
m parturiens cupit eniti fœtum
um, & patet hoc in multis sanctis,
qui

qui prius non erant meliores no
12. Jacob. 2. *Superexaltat miseric*
dia judicium. Sicut infinita est om
potentia ad mille mundos è nil
creandos, ità justitia rigidissima
adhuc major misericordia ut de
hilo, (veluti esset aliqua in hom
sanctitas) eum amet, salvet, proteg
13. In nobis est positum nec pl
nobis requirit, ut simus securi de
lo quàm ut nihil nobis conscien
objiciat. 1 Joan. 3. *Si cor nostrum*
reprehenderit nos, fiduciam ha
mus ad DEum. 14. Nec ad mun
percipienda aut dona opus est la
re, solùm fide vivâ opus. Cypr. l
de exhort. Martyr. *Unusquisq; t*
tum accipit de Dei ope quantum
credit accipere, nec est quod omni
tens præstare non possit nisi acci
entis fides caduca defecerit. 14. U
maximè terret, ubi adducit Do
n

ı Villico inclamantem *redde ra-*
em. Ibi ſtatim quàm facile ſit
us judicio dum homo non ſe ne-
at evadere. Eundem laudat
:quiter ſecum agat, falſificet re-
ra Hier. epiſt. 151. *Quod adver-*
Dominum fraudulenter ſed pro
rudenter egerit. ibid. *iniquitas*
diſpenſata vertitur in juſti-
. Permittit quibusvis contra
m fraudibus utaris etiam ex ipſis
catis tibi faciendo fructum. Aug.
. ait, *Sunt quibus peccata coo-*
ıntur in bonum. Villici Domi-
ınt confesſarii, ſalvabuntur ſi de-
minuant peccatoribus pœniten-
s, & hi ipſi illos in cœlum reci-
it. Jam ſi te pecunia per rapi-
furto, & reliquas injuſtitias, non
m per peccatum acquiſita, quia
: aliquando poteſt eſſe tua; at
uitatis, & aliena, ſalvare poteſt, ſi
illâ

illâ utaris, quid non ſalvabit? 15.
gis tibi & te fruſtra terres, ſi p
ctionem imagineris in eo, ut ci
geſtes, jejunes, te flagelles &c.
in his cœlum, imò ad infernum
multos duxerunt. Hæc ſunt m
nec unicè neceſſaria, finis eſt a
hunc ubi habes, cœlum habes
quid faciliùs quàm DEum am
naturaliter amamus bonum, D
ſummè bonus. Imò orationes
tæ aliquando magis obruunt q
juvant. Non vult Deus ut te ob
vult ut ſis hilaris, ut ſvaviter a
corpus non lædas, vires conſerv
pro his cœlum habebis. 16. Ipſ
na DEI quàm facilia Cypr. l.
ep. 2. *Manat jugiter Spiritus Sa
exuberat affluenter noſtrum ta
ſitiat pectus & pateat. Qua
illuc fidei capacis afferimus ta
inde gratiæ inundantis hauri*

17

Etiamsi hostis esses Christi, ad-
pro te ille fundet sangvinem ut
lvet. Cypr. de bono Pat. *Visifi-*
r de sangvine Christi etiam qui
t sangvinem Christi. 18. Non pu-
llum nisi videat quòd omninò
itentiam non sit acturus. Cypr.
Tunc (primum) *repræsentatur*
ia impio & peccatori quando
non potest pœnitentia prodesse
anti. 19. *Nisi te salvum voluisset*
us non tradidisset unigenitum
n in mortem. ait idem Cyp. de
l. Martyr. Audi Teressam quæ
d Riberam vitæ l. 4. c. 26, *In*
(Christo) *tam potentem* & *abso-*
m me Dominam sentio, ut uni-
o resistere mundo, si mihi adver-
tur posse videar. 20. Ipse tibi
pone, nam tibi proponitur Filius
digus, talenta habuit. eis ad luxu-
n abusus, ingenium, formam &c.

hæc

hæc donec perderet tam diu luxu
tus, donec & ipſis meretricibus l
brio factus, dum ſicut porcus im
dens factus in ſordibus volutus,
reſipuit niſi nauſeâ ſordium cap
& tamen malitiosè ſciens & vole
Patre Deo monente inſtinctus ſu
rente receſſit, non ſicut ovis
ignoranter evagata eſt, non ſicu
richonte proficiſcens qui in latro
id eſt malos ſocios incidit, quo
alium in humerum, alium in jun
tũ accipit, ſed filium quidẽ exp
donec ipſe veniat. ſed amplexa
Anima mea dubitabis de hac bo
te non es nequior filio prodigo, n
pſe Patre prodigi durior. Aſſ
aſſurge in ſpem. Progredere ad
dicendo, *peccavi*. Et amplexab
te. Vive, vive, reſpira, re
anima, ſalus tua ante te eſt. C
quot exempla ſeveritatis Dei legi

ntis ſervorũ de vendito &c. nun-
m deprecantem & dicentem *pec-*
. Vidiſti rejici, puniri. 21. Pa-
& hoc eſt divinæ bonitati, etiam
redeuntes & projectos colligit.
ex Jeruſalem ex civitate Sancta
rebat Eccleſiam aut religionem
dan & Jerichuntem ſeu. Lu-
n hujus mundi *cujus figura præ-*
t, petebat, ſpoliatus per malos ſo-
veluti latrones bonis habitibus,
utibus infuſis, deſperaverant ejus
verſionem Levitæ & Sacerdotes,
ſemianimis nec vocem ad Deum
abat, & hunc collegit bonitas.
onitas! *imò ovículam humeris re-*
tavit. S. Anſelmus in fine operum
rum, ait, *eam animam fuiſſe quæ*
nitentiam abjecerat. 22. Gentem
ſimam Judæorum quæ vix triduo
ſt miracula quieta eſſe potuit, in-
ipſa beneficia murmurabat,
quan-

quantoperè dilexit. 23 Matth.
In præmiando non respicit quid
reatur labor operantium in vi
sed quid deceat suam bonitatem
juxta illã solvit pro labore. 24.
jores Sanctos fecit qui breviori
pore laborant ut novissimis fa
ubi centenos pauci excesserunt
nos, quàm illis quibus ferè mill
attingebant. 25. Parobolæ Eva
lii testantut quàm modicum à r
requirat ut simus beati. Servi
lantes dum Dominus à nuptii
diens pulsaverit januam & confe
aperientes beati sunt, & ita bea
ipsemet præcingens se ministre
Atqui hoc parvum & debitum
vorum officium, & Domini qua
mia remuneratio, siquidem si t
rediit domum, si ex nuptiis : P
se debuerat dare quieti aut ulte
lætitiæ. Virgines non solùm n

: illis ſed ut eſſent ſponſæ illius
m debeant habere oleum in lam-
ibus. Filius prodigus ſolùm re-
,

LILOQVIUMVIGESIMUM-
OCTAVUM.

Quonam ſum melior?

PUNCTUM I.

QUod beſtiis ſum quo ad corpus
vilior, certum eſt. Fortior
magis longævus cervus, magis
is dama, pulchriores aves, & alia
malia, quæ nuda poſſunt compa-
: Habent ſingula in quo homini
ecellant; volant aves, non poteſt
no, natat piſcis &c. 2. Ita vile no-
m corpus, ut cadaverum ali-
m animalium, faciamus nos ſe-
chra, & illa poſt mortem nobis
t uſui, nos bufonibus ſolùm &
dis vermibus. 3. Nullius animalis
mor-

mortui corpus horremus, cum c
vere hominis vix eſt qui velit a
noctem, ſolus. 4. Nullum tam
didum eſt quàm hominis. 5. I
lum tot morbis obnoxium. 6.
viventibus vel Deus alimenta, ve
mo præparat, homo ipſe ſibi. 7.
ubi naſcuntur non nutrice, non
rulis egent. 8. Non indigent co
frigora ullis novis auxiliis, ut ho
9. Non egent medicis, natura il
omnia, non judicibus qui litem
mant, non cauſidicis, atqui qui
cioribus eget, beatiorem vo
10. In cibo & potu vix excedunt
nes multò fideliores homini
quàm ipſe homo ? Pulchrè h
nis originem S. Cyrillus in Jo
deſcribit. Homo, inquit, *Gen.*
regione quæ nihil appellatur, re
paupere, deſerta, ignobili, ine
ſterili, miſera, rebus omnibus eg

uaneq; animal ullum, neque ar- neque seges, neque herba ulla itur, Sed pejus est istis quia 1. 8. 44. Peccatoris Pater dia- us est.

PUNCTUM II.

Uo ad animam nobilior quidem sum omnibus infra Angelos, nulta hic invenio quæ me depri- it. 1. Priùs hostis DEi, iræ reus, icipium diaboli, quàm natus. mnia alia finem propter quem ta optimè servant, lucet sol, ter- arit &c. at tu quomodo cœlum ris? 3. Quæ illis ad finem non ducunt ne quidem attingunt, ut um, domos, vestes &c. tu verò m ea quæ te retrahunt à fine, uti iptates illicitæ &c. 4. Ubi se ad- erunt impegisse, id vitant dili- ter, ubi canis vapulavit non intrat ndò, at tu toties agnovisti te in-

S fer-

fernum & talem infernum merit
& tamen peccas, & hoc toties! 5.
nullis belluis tot inventi crucia
eqvulei, ſcorpiones &c. Itaq; eſt
jor hominis malitia. 6. Del
animal non irritat fortius, ut l
leonē, at nos qui, & quantum De
ò ſtultiores omnibus brutis. 7.
vant ordinem à natura præſcri
verè nidificant, autummo calid
partes petunt, certis tempori
cantu vacant, in nobis nec Deu
natura, nec Magiſtri quidquam
ficere poſſunt. 8. Defendit urſu
ſum, leo leonem, ſolus homo ho
lupus, & ſæpe propter unum v
lum, imò propter unum numm
9. Gratitudo in beſtiis mira ut i
nibus, elephantis, equis, de qua
tæ hiſtoriæ, utinam nos DEus v
mel gratos pro tot beneficiis
niat. 10. Mirum illud. Sancti

Ie

ant cum bestiis in eremo, quàm
n hominibus in urbibus vivere,
is fugit Jesabel à corvo pasceba-
Paulus Antonius &c. II. Con-
dit nos & hoc, si adhuc nostra
a frons admittit pudorem, canis
omino tunditur, vulneratur non
rit, DEus pro homine moritur,
potest impetrare, ut homo velit
illo esse in cœlo.

PUNCTUM III.

Tiam ipsis hominibus vilissimis
forte vilior sum. Utinam tamen
è. 1. Antichristus pessimus ho-
um, ita tamen exterius & coram
inibus se geret, ut non solùm se
tissimum, sed ipsum DEum esse,
solùm plebi, sed etiam doctissi-
persuadebit. 2. Judas semel ven-
, & gravissimè etsi stultè pœni-
idq; lucro aliquo ductus & for-
e deludendi Judæos, nec tam

clarè advertit dignitatem Chriſti
tu ipſis dæmonibus quantum i
eſt, cùm ſuſcipis Chriſtum in c
munione, & paulò poſt dæmo
per peccatum in cor tuum admi
3. Damnati blaſphemant, ode
DEum, ſed auxilijs ab eo deſtitut
inter extrema ſupplicia ut c
moraliter id faciant. Quid te
ad peccatum niſi fortè bonitas I
4. Latrones & fures peccant.
ob lucrum, ſed cum ſpe evaſioni
ex egeſtate ut plurimùm. Tu q
illi ob aurum, veſtem. Tu. 5. Ar
pejor Ethnicis, quos pro Deis a
verunt qualiter coluerunt. Ip
ges per *ignem tranſtulerunt* p
ſuam, hoc eſt uſſerunt illis in
mam, *Filios dæmoniis immolā*
quid de idolo Moloch. quid de J
ca ſuperſtitione in ſuis ſabbatis
carum, &c. 6. Hæretici pecca

utant solâ fide se salvandos vel si-
on imputari peccata si sunt ele-
& si reprobi omnia esse peccami-
, purgatorium nullum. Tu quid.
Pestis, morbi contagiosi, non in-
int nisi accedentes propiùs, at tu
moribus, etiam literis, etiam ver-
etiam per alios, quot in pecca-
induxisti: & ut eos afflares in-
tus es Supereritnè aliquid, cui
ssimilabo ô deploratissime ho-
? 8. Certè pejor es omnibus. Sit
strum, quod pro lingva habeat
lium, ecce *lingua* tua *gladius acu-*
ub quo ceciderunt multi in fama,
ti in anima. Sit, quòd oculis
detur, *oculus* tuus, & tuam &
torum animas *deprædatus.* Sit
d guttur habeat tam fœtens ut
lchrum, in quo diffluit cadaver,
lchrum patens, est guttur tuum
uo mortui non solùm mortui, sed
bem prorsus abominabilem so-

luti ; quales manus, quales aur
O DEus hunccine me creâsti ?
Sancti quale in me spectaculum
betis ? Deosculor te terra quòd
adhuc sustineas, nec enim me ve
inferno dignum locum invenio.

PUNCTUM IV.

ASCende anima mea altiùs,& c
templare miserias tuas. 1. P
Vide es dæmonibus. Illi semel q
scimus toto statu viæ peccârunt
nec numerum dices. 2. In pœnis
ferni adhuc pro Majestate DEI q
credunt *contremiscunt*, ea est qua
vis coacta reverentia, & tu qual
assistis cùm DEus in altari prop
tur. 3. Ad DEI vocem corpora
sessorum relinquunt, in po
etiam & lutum si nomine DEI eis
peretur vadunt. Cùm tamen pl
te quàm aurum ab argilla dist
4. Res sacras æstimant. 5. Cal

quæ illis ab hominibus impo-
ur, ferunt. 6. Nulli labori , &
ſit ſuperbiſſimus nulli vilitati
it, ut finem à ſe intentum obti-
comparet in ſpecie capræ, cati,
, ſuis , tu nec appellari talis ſu-
s ut cœlum obtineas. 7. Sunt
ut Chriſtus ipſe teſtatur, & cùm
eſſimi, tamen concordant, tunè
bonis convenire potes. Superbi
ô homo, ô pulvis, ô cinis, an non
ipſis dæmonibus riſui eris ſicut
dicus ſi ſe jactet Regem. O verè
rum infinitus numerus.

LILOQVIUM VIGESIMUM NONUM.

omo in conſpectu DEI.

PUNCTUM I.

vemus nos ſupra nos, & in la-
um divinitatis expatiemur.
uid es unus reſpectu alicujus

Principis qui millibus & millibus
licorum circumſiſtitur ? pone
quantus es reſpectu DEI. Si eſſ
cut una guttula maris reſpectu t
maris, vel una arenula reſpect
tius terræ, adhuc ſuperbire p
Sed ita differs ſicut nihil ſeu prop
hil ab immenſo, tu ſpatium occ
trium ulnarum, extra has non
latum & longum & altum, at q
tum eſt illud, & quoties te Imm
tas ſuperat! esne reſpectu illius
putandus, DEus autem eſt ub
Tu es hodie, heri, annis vg. 30.
hos non fuiſti ab æterno, quid
anni tui reſpectu totius æterni,
eſt & fuit. 3. Si coram Princip
perbires qui millenis millibus
circumſeptus, & te illi ſolus op
res quæ eſſet ſtultitia ? at ille
ceps adhuc ejusdem tecum ſpec
ſet, DEus infinite, diſtat ? & hu

is? Et corã hoc inflaris. 4.Con-
lapidem cum homine, glorietur
d multa agat, posſit facere.
anta dementia major eſt tua, nec
lùs potes ſine DEO agere quàm
s ſine te loco moveri, imò infini-
minùs. Quia nulla paritas dari
eſt quæ explicet noſtram à DEO
endentiam. 4. Tam potens eſt
us ut ne verbō quidem prolato,
ſolâ voluntate ſtatim milliones
lionum exercituum, mundorum,
orum, creare & in illis omnibus
m novo & novo modo magnifi-
tiam oſtendere poſſit, nec tamen
llis tum primò inciperet eſſe, ſed
eſt, et ſi illa non coexiſtant ei: &
s omnes in interitum tuum im-
tere, & illa omnes cui velit dona-
nec ipſe ideò pauperior eſſe, ſed
ni momento meliores & meliores
ducere. Tu quid ante tam po-
 tentem

tentem Dominum? Et audes e
irritare? Mandatis ejus non ob
qui? Cùm ad te deſtruendum n
opus illi ſit verbo aut voluntatis n
tu ſed ſolùm ſubtractione conſer
tionis, quâ te magis conſervet qu
ſol radium. 5. Omnia in illo m
ſunt, quam in ſeipſis, ita ut ſi ille n
exiſteret, omnia ſtatim eo ipſo d
nerent eſſe. Unde illum non
lùm propter illum, ſed propter
ipſa amare debent, quia maju
lorum bonum eſt, quàm illa ipſa
ſuum bonum phyſicum. Te au
annihilato nec unum pulicem
ſtrui neceſſe, & tamen hunc of
dis, & coram hoc non agnoſc
qualis ſis? Ille nec poteſt con
quin intelligatur exiſtere, quia ip
natura eſt ipſa exiſtentia, tu au
ſemper es in quodam fieri, & ve
ex fonte exiſtendi ex DEO tua

ſte

tia tanquam rivulus aliquis per-
iò fluit unde Joan. dicit *Ante-*
n Abraham fieret ego sum. Deus
Abraham fit. Sed voluntariè
tibi hanc emanationem, *volun-*
è enim nos genuit. 6. Det tibi po-
atem ut destruas illi cœlum, ter-
, omnes Angelos nihil illi deerit,
est sibi abyssus omnium bono-
, plus quàm tu es rationale. Ita
psum ejus esse, sit felicem beatum
. Tua autem natura tota animal
onale, & nihil ampliùs, ut *vi* na-
æ respectu omnis boni & felici-
s, nihil habeas plus quàm lapis vi-
7. Quidquid scis, intelligis, ex illo
bes, ille est quidam sol intelligen-
radios in omnes creaturas vibrans
rè, majores aut minores, quæ ex
icut terra non plus habent lucis
àm accipiant. Et hunc tu pro-
cas, & mendaciter tibi adscribis
esse aliquid, te scire, non multum

 habes

habes lucis ſed multum illun
naris , ut ſi lapis gloriaret
ſe multum habere caloris qu
ab igne calefit , & non pot
ſe multum calefieri. Vel
Angelo ſupra terram elevatus , ſe
tiorem cæteris , & non potiùs alt
teneri. 8. Omnia extra illum n
ſunt, ſed neque posſibile eſt eſſe ,
conſequenter ſcire, operari. &c. q
ipſe non ſolùm eſt fons eſſendi, ita
ex illo emanet eſſe, & extra illum
quid non poſſit eſſe , ſed ab illo fl
eſſe, & in illo manet ; ita ut om
extra illum nihil ſint, & tendat ad
hil, ſicut extra terram deſinunt
in terra ſic extra illum deſinant h
bere eſſe. O ingrata Creat
quæ in hunc furis! 9. Ita Sanct
Ut Sanctisſimi ſint qui aliquomo
illi aſſimilentur etiamſi adhuc inf
tè ab illo diſtent, hinc eſt , quòd q
quis viliorem ſe reputat , magi

emnit, contemni optat, ſanctior
Quia illi ſimilior, ille enim ſe
cognoſcit talem ut eſt ex ſe, id
benedictum, glorioſum. Lau-
lem, & infinito dignum honore,
ſe talem non cognoſceret, falle-
; ſicut qui diceret aquam eſſe
lum, ita homo humilis talem ſe
noſcit qualis eſt. Humilitas
i eſt veritas. Sed nunquam ho-
atis ſe vilem cognoſcere poteſt,
: nec ſatis humiliare. Cùm enim
uodvis peccatum ſuo modo in-
è malum, infinitè vilis, deſpica-
, ſtultus, per illud redditus eſt,
hoc unquam ſatis penetrabit.
nunquam peccaviſſet, ſaltem
nunquam ſatis coluit hunc lau-
liſſimum Deum, cui plùs cultûs
odo meliori debet quã unquam
prehendere poſſit. Aut ſi ne-
. Saltem ob naturam ſuam,
quæ

quæ magis diſtat à Deo quàm ni
ab eſſe, ſed ut nihil ab eſſe infini
per ſe, imparticipato. Et qui l
ſcit, omnes creaturas præ DEo v
pendit, & ſolùm ob Deum quia
illum ducunt, eas amat. O qu
vilis es anima quæ peccaſti ſemel,
ſaltem tepidior fuiſti. O quam
ſera es! O quànta ſuperbia eſt qu
vis peccatum! 10. Quidſi inſupe
tantus hic Deus amavit. Ama
ſed plusquam credi poteſt, aut
decere putaret. Non habuiſti
nitatem ob quam poſſes amari,
tibi impertiit tam in eſſe nat
quàm gratiæ. Deſpexiſti eum, ſ
viſti, mandata ejus conculcâſti
amares, ſimilis tui factus es ide
gradu infimo, *Vermis non homo*
probrium hominum & abjectio
tis. Et hoc fecit cui videbatur
tura ejus reclamare. Nam
nat

ivit ſeipſum quaſi ſuam Deita-
e annihilâſſet cum ſe humanitati
vit. Ab eſſe tranſivit non eſſe,
ſſe & non eſſe ſub una perſona
vit, ſuperbenedictum cum ſimi-
dine maledicti, id eſt, peccati, con-
xit. Potentiam cum impoten-
conſtrinxit. Parum hoc pro te.
pliùs. Certè eſt contra naturam
tatis deſtrui, & à viliſſimis, &
temptuoſisſimis. Fecit eo modo
infinitus ejus intellectus excogi-
t, nullus alius creatus aſſequi, ne
gelicus quidem potuiſſet. Quan-
inc tua bonitas diſtat. Quanta
niliatio, nondum omnem intel-
um conſumpſiſti ut te quàm in-
è abjiceres, etſi nunquam poſſis in
tum, quàntum tua natura requi-
DEus ſuum intellectum impen-
ut contra id, quod natura ejus
uirit, ſe propter te abjiceret. Ama-
bisne

bisne eum? Offendesne? Intui-
scesne coram eo? An non hic in-
tè dilexit? An non cùm infinit-
honorabilis reddidit se despic-
lem.?

PUNCTUM II.

ET tamen omnia quæcunqu-
eo aut humanus aut Angel-
intellectus cogitat, ne quiden-
umbra sunt respectu lucis. C-
totum est in illo infinitis modis
tius, ipse de se loqui deberet sed à
lo nisi infinito intellectu intellig-
tur. Tu verò neque unum nihi-
telligis id est unam creaturam pe-
ctè, & te extollis! habes minùs
quàm sit granum arenæ respectu
tius universi. & coram illo puro
lo, infinito, immenso lumine, tu
geris ac si supra illud esses! alios
cedis? infinitè vilis res, rem infi-
vilem. Te respice quid habes e-
&

gloriare, quod habes ab alio pro
gratias age. Quomodo risum sed
iram indignitas movet Angelis
n te alijs præfers, ut si pulvisculus
pedibus alijs se præferret, imò si
præferret calcanti. 2. Ex
era parte oppone te DEO. Sicut
fons est boni seu bonitatis: an
n tu fons mali seu malitiæ? &
m sis nihil, habeasque esse dona-
n, hoc esse tam vile redditum; ut,
nfinitè distas à DEO quia nihiles,
agis infinitè distabis ob tale esse,
ia privatio mali bona quodammo-
est, unde tuum nihil respectu tui
num est, ideoque minùs à Deo di-
at. *Corpus* enim homicida est tuæ
imæ perpetuò morbos & pestes ad
am per sensûs admittit, quia priùs
jecta sensu quàm intellectu perci-
untur. Imò inclinat ad malum
imam, & difficilem reddit ad bo-
num

num & animam, ut peſtem ci
concipiat, mollit, diſponit, tun
ſuo malo attendere posſit, ſollic
dinibus vanis involvit, & pasſioni
veluti latronibus furioſis circum
nit, & ſi anima velit extra pericul
ponere, illam ſecum detinet. *An*
etiam fons eſt mali. Quia omne p
catum quod aliquis homo aut
bolus patravit facere poteſt, und
cut vocamus ſerpentem noxiur
cet actu non noceat, nec minu
mortalis quod non ſis actu mortu
Ita anima mala, licet actu malit
non exerceat, & quod non exerc
DEI eſt beneficium, qui ſicut fu
ſum volentem ſe præcipitare deti
ac præſervat. Boni etiam nihil a
re poteſt, ſed nec cogitare: & ol
riginale quaſi luto teterrimo infe
prodit tum in intellectu cæcitas
in voluntate malitia & ſimul p
ſcri

ıta à Deo & hoſtis tanti Dei de-
ıta. Jam verò. Si, quò vilior
ɔna quæ offendit, & dignior quæ
ıditur, quantũ neceſſe eſt quod-
eccatum eſſe quod in DEũ com-
itur. Quid ſi inſuper ille ama-
priùs hunc offendentem? Quid
llâ viſâ in ipſo bonitate? Certè
s ita amavit, ut ſi ipſe perire de-
ſet, pro ſui conſervatione non
feciſſet. Quid ſi præmonuit?
ıminatus, ne faceres? Ad terro-
tui alios te meliores puniverit?
tè punivit Angelos: Quid ſi
ıia non ſolùm eum agere docu-
, ſed & exemplo oſtenderit? Præ-
maxima propoſuerit? Sæpiùs
ılſerit? Quid ſi hunc manu du-
? Concurrit certè, quod eſt plus,
lec dum finis vilitatis meæ. Ipſæ
ones ſunt malũ quoddam, etiam-
on eſſent ullo peccato infectæ,
etiamſi

etiamſi non refunderetur in illas
tas agentis : Sicut qui tenetur r
lionem dare & dat obolum , Dei
gnitas plus quàm millionem à n
exigit, reſpectu cujus debiti ne
obolus reſpectu millionis eſt a
noſtra. Sed nec ſatis puniri p
pro tuis malis, quod ipſum eſt qu
dam malum , ut ſi latro inveni
cujus ſceleribus nulla æqualia
menta inveniri poſſunt. Et ma
eſt vitri quod non ſuſtineat r
leos. Quia juxta multos Theolo
peccatum mortale omnem poſſ
lem & infinitam in intenſione &
ratione pœnam meretur, (ideo
Deus infra condignum punit.) Q
rum tu non es capax. Sed & in
finitum pejora facere potes, niſi D
contineat. Et tanta tua maliti
tibi compeſcendo efficaciter
quævis illius cohibitio , ſit ſ

d si malitiam tuam refundas in
s, eos ad peccatum adducendo,
quia es pars eorum eos pœnis ob-
tios reddendo, ut Achan? Sed
t infiniti fere tituli malitiæ & vi-
tis tuæ. Quid si tam vilis & mi-
tantum illum DEum occideris,
cifixeris? Et ille pepercerit, & tu
ilominus secundò ac decimò ac
tesimò crucifigas? Judica te an
lignus cœlum contueri? An di-
us veniâ? An dignus ut te portet
ra? An non vilior dæmonibus?
Capax es ex te omnium malorum
turæ, uti morborum, persecuti-
um ab hominibus & bestiis, imò
exigit vilitas tua, sicut caro bufo-
aut scorpionis ad se trahit venena,
non solùm sis fons, sed & scopus
nidus malorum & vilitatum;
norantiarum, desertionis à DEo,
cæcationis. Ut nihil boni me-
moriæ

huc tibi honorẽ facerent si te asp
re creaturæ dignarẽtur. 2. Ob Ac
peccatũ totus Israel vapulavit, &
men Cypr. de dupl. Martyr. ait.
hil erat magni quod suffuratus
Achan. Vel si hoc ipsum non ag
scis, eò te magis miserum agnosce
mentem insanũ utpote tantam m
riam videntem. 3. Tu es qui Chr
sudorem in horto expressisti, tu
crucifixisti, &c. Imò pejus feci
mallet hoc Christus millies pati qu
tuum peccatum. Es Dei hostis,
lator, Deicida, contemptor, tui a
ctu utpotè peccatoris sangvinem
dat, in tantum te horret. Tui a

emoritur, & fit in agonia: en eli-
Deus mori, quàm te aſpicere, &
aliquid quod tuam vilitatem ex-
at? 4. Creaturæ omnes tam fœ-
deſtrui eligunt ne tu pecces, eligit
us mori & tamen tu peccas. O
us immortalis! quæ mea demen-
! nonne me infra omnem abys-
n abjicere debeo? inveniſne miſer
am non infra omnes creaturas?
ntemptibilior es factus, quàm ul-
te ſatis contemnere poſſit, quid-
d eſt vilitatis in rebus infinitè ferè
ia vilitate diſtat. Potes itaque ve-
& ſine errore te peſſimum dicere,
lti docent peccatum omnem pos-
lem contemptum mereri. 5. Et
nſuper neque hoc ipſum animad-
tis! à ſuperbis diſce, ut ſe extol-
t, non cogitant alios ſe meliores,
ſuas excellentias intuentur; tua
a, peccata conſidera ut te humi-
lies

lies non bona tua, non mala alie
ab his oculos averte, ut superbi a
quæ illos humiliarent, etiamsi ea
rima & longè plura sint, & una
tum excellentiola. Stultior itaq
ipsis stultis seu superbis. Non ita
lus Philip. 3. *Oblivisicens quæ*
sunt (bona) *ad priora* (peccata)
tendens. 6. Cherubin velant fa
& pedes alis quasi erubescentes
non satis ament. Et tu!

PUNCTUM IV.

HAbes adhuc unde tu alijs te
ponas. 1. Vide virtutes eorũ. 2
culta, forte ad Martyrium para
mi, rerum contemptores: tu si
boni in te, non à virtute, sed à n
ræ bonitate procedit in illis, si
displicet naturæ defectus non v
tis est, & sic alios superiores ut r
tes habes. Unde 2. Sed ais, for
bona quæ occulta sunt, in ijs

;, Et hic est humilitatis discursus!
n videt illa quæ mala in alijs,& ex
bono judicat totum. Non videt
: bonum, & ex parte quam videt,
st, uno malo totum malum cen-
ut statuæ aureæ si tibi ostendatur
fictilis, corpus aureum tegatur,
lem judicas. 3 Tua te mala, si
ũm non amisisti, etiam levia gra-
s affligere debent, quàm aliena,
s tuus capitis dolor quàm aliena
ris, aut crurifragium, &c. Et pu-
nemini plus dolere, perit tibi au-
s, alteri mille, putas te infelicio-
n, & ita Sancti sua levia atrocissi-
deplorârunt. Sic Salomon (si re-
uit ut putant multi) dolens ait:
ltissimus sum virorum. Aug. Prol.
de vita Christiana. *Insipientior*
cæteris, imperitior universis,
cator primus & ultimus. Cypr.
rd. oper. Christi initio. *Nos qui*

vix intelligimus quæ ab illis (doctis viris.) *scripta sunt sensi eloquentiâ illis omnino impares.* tibi placet tua bona videre, & tua sunt, bona agnoscere præri te voluntatem amore proprio: cata verò quasi aliena cogitas 4 hil habes à te quo te minimo p ras, habes quo postponas. Virt dotes, gratia Dei, electio, vocatio na opera: at hæc Dei sunt, nec h permittit ut ex his laudis pro te s pias illi. Plus beneficiorum & ricordiæ accepisti, hoc te non m rem sed obligatiorem facit, sicu tronem cui graviora parcuntur, jora donantur: at alij non tene ad tantam gratitudinem: tu ta insuper peccas. Pejus facis, q summi peccatores. Depositum bes & superbis, obligaris & tr phas, alijs te ditiorem reputas,

am eſt, quod tibi creditum, ſtatim
ipi poteſt. 5. Non commiſiſti gra-
peccata? hoc ipſum donum Dei,
omnia rueres, niſi Deus teneret.
Philip. Nereus. *Vulnus lateris*
riſti magnum eſt, niſi me Deus te-
ret majus infligerem. Non per-
ttit occaſiones,retrahit ne conſen-
s. Aug. 2. Conf. 7. *Tuæ gratiæ*
ecunque non feci mala, & tu pro
c ingratitudinem adjungis. Re-
dere ad cor tuum, dic cum Fran-
co: *Mea mala & mea ſunt, &*
ra ſunt, Mea bona nec mea ſunt,
pura ſunt. Ex omnibus creatu-
habet DEus ſolatium, ego ſolus
dinem turbo, alia omnia ſicut or-
âſti pergunt. O anima mea peri-
niſi abundaverit juſtitia tua plùs
àm ſcribarum & Phariſæorum,
er. in 23. Matth. *Quicunque ita fa-*
quodlibet ut videatur ab homini-
 bus

bus scriba est & Pharisæus. En vana gloria quorsum ducat? sed Deo gloria est si quis non agnosc se miserum, vilem, &c. & non tali se gerat, si ei auxilia & gra conferat; sicut nulla gloria est ju re illum qui se non dicit egere a lio tuo, nec se gerit pro tali. Deus tem omnia facit propter suam riam, ideoque tantùm deserit, qu tùm quis superbit, tantùm ju quantùm se quis humiliat.

SOLILOQVIUM TRIGESIM QVARTUM.

An non obstent mihi vir tes meæ ne me pejorem alijs dicem omnibus, etiam dæmonibus.

PUNCTUM I.

QUosdam peccatores quos mus maximos, DEus fact

magnos Sanctos. Ita S. Antoni-
quendam colebat quia erat fu-
is Martyr. Alios Deus benè agen-
quia tamen non ita ferventer ut
Deo serviunt, rejicit, & in extre-
scelera labi sinit. Sic Rom. 1.
quos Philosophos. Sic Apoc. 2.
Timotheo minatus, sic Job 34. ait
numerabiles perire: sic S. Teressia
peritura. Item ex filiis Adæ Cain
ctus, electus Seth; ex filiis Noë
ctus Cham, electus Sem, ex filiis
rahæ Isaac electus, rejectus Ismael.
filiis Isaac electus Jacob, rejectus
u. Rejectus Saul pro illo assum-
is David, pro Juda Matthias, pro
rtulliano Cyprianus, pro Origene
rillus, pro Ruffino Hieronymus,
Pelagio Augustinus: & tamen
majores virtutes habebant quàm
2. S. Paulus timebat ne repro-
is efficeretur. 3. DEus agit Rom. 9.

 ut

ut figulus, ex eadem argilla ali
vas in honorem, aliud in co
tumeliam facit, & ubi forn
vit in honorem, poteſt reformare
ſit in contumeliam. 4. Ergo tu
eſſes tam Sanctus ac S. Paulus ar
re in æternum potes, & tam faci
& alter etſi pejor Magdalenâ in æt
num eſſe beatus! & nemo te certi
rem fecit, quid fiet? certum tam
quòd ſæpe ſimilia facta. 5. Aug.
Confeſſ. 31. ait DEO: *Væ etiam la*
dabili vitæ hominum ſi remotâ mi
ricordiâ diſcutias eam: certiſſi
diſcutiet, ſi minimùm ſuperbiê
Quia *DEus ſuperbis reſiſtit*. 6. N
apud Deum Sap. 11. & totus mund
eſt ut *guttula aquæ*, tam res parva,
cut ergo in familia, ſi unus fur, lat
inveniatur, redundat in omne
etiam in oculis Dei quotcunque p
cata alij faciunt in mundo in te
dund

dat probrum certo modo, ſicut
tis unius in alias partes, ſic quia
an fur erat, toti Iſraeli DEus dixit.
ero ultra vobiſcum. Sicut cum
mibus nemo vult agere. To-
raeli peccatum imputavit: ait
n: *Peccavit Iſrael & prævari-
s eſt pactum meum.* Imò ipſe
iſtus quia factus homo eſt 1. Pe-
2. *peccata noſtra pertulit in ſuo
pore:* Et propter hoc ita punitus
eo & *opprobrium factus.* Quid de
bis? 7. Sed profer tua opera.
non ſicut *pannus menſtruatæ*?
ne vel unum ſine imperfectione,
ut ſi cui dares munus v. g. Pomum
o infectum: ſciſne te eſſe in gra-
? ſi non es jam omnia nihil valent.
o ait: *verebar omnia opera mea;*
quantus ille Job? inſuper ſi te at-
lis & ſuperbis, in puncto omnia
ittis ut Phariſæus. 8. Magnus tui

amor erga DEum! Judæi si audir
blaspemiam, scindebant vestem
indignatione & dolore; & tamen
si abundaverit justitia nostra
quàm scribarum &c. non
trabimus in regnum cælorum: S
lius Dei es quomodo tibi cor non
let cùm vides tam indignè Pat
tractari? sed nec es Filius DEI,
gris proles condolet si mater ei la
tur, condolet leonculus; & tu o
bestiâ ignavior, & tamen superl
sed hoc nos minimè monet? 9. I
hic & vide quam virtutem ha
amorem Dei, patientiam, humil
tem &c. fervorem in servitio &c
habeas materiam superbie
10. Pro formæ suæ commendati
an non plus faciunt meretrices, qu
tu pro cælo, & S. Nonno viro san
lacrymas elicuit? Remittit Jerer
Deus ad Gentiles ut videamus qu

li diligentiores in idolis colendis.
nsite ad Insulas Cethim, & in Ce-
mittite, & considerate vehemen-
si factum est hujusmodi. Alexandri
r manum exuri passus ne in sacri-
o idoli minimùm turbaret. Quot
miticam egerunt pro idolis? In
onia 140. millies nomen Amidæ
li fœmina in diem repetebat.
itque illorum idola cultu dignio-
! Et quot Deos putârunt tanto
tu dignos judicârunt. Verè *filij*
ius sæculi prudentiores sunt in ge-
rationibus suis Filiis lucis. Quan-
alij ut se vindicent, etiam per ignes
unt. Quantâ præparatione si Re-
m allocuturus! publicè dicturus!
spice deniq; canes quantò diligen-
is dominis suis serviunt, quàm tu
o,& tamen superbis? O impuden-
, execrabilis impudentia! 11. Quò
ajor quis servus Dei magis dolet de
inimis peccatis, at tu quomodo?

Magd. de Pazzis 1. p. c. 13. vita
uno minimo defectu ita confusa
deo me non mereri misericord
Dei, sed potiùs mille infernos,
mittes ad infernum DEus meus
mereor, justè me poteris mittere
fra Judam quia te adeò offendi, &

PUNCTUM II.

AN etiam dæmonibus ? 1. A
dæmones neminem DEus p
inferni punivit, nec tot auxilia, c
ciones &c. habuerunt quando pec
runt, ut tu. 2. Illi semel tu quoti
3. Illis nunquam remissum, & tu r
sus & rursus peccas. 4. Brevissim
tempus viæ habuerunt, ideoque 1
diu peccata traxerunt, nec per l
ram, at tu! 5. Unius speciei pec
tum illi, id est superbiæ, tu diver
Potest dici de te: *Væ tibi Corosa.*
&c. Luc. 10 Si enim hæ gratiæ fu
sent factæ dæmoni; *remissius erit*

illa Sodomis & fortè etiam dæ-
nibus. 6. Non confixerunt Fi-
n Dei, non rursus & rursus. 7. Nos
tati, sed & dæmones à Lucifero
nes inducti. Et gratiam insuper
urgendi non habuerunt, nemo il-
um fuit electus in sponsam sed so-
n in famulum. At Deus accepit
nsam humanitatem & nos veluti
pelles rustici consangvinei illius,
æ non facimus?

PUNCTUM III.

QUòdsi te vilem reputas? 1. Non
magis te ab alijs æstimari velis
nec rem quæ valet unci aureo.
Si te maximum peccatorem repu-
s, maximam age pœnitentiam si-
t sancti. 3. Omni te pœnâ, odio,
ntumeliâ dignum judicas. Qua-
fugis ea? 4. Si omnes meliores re-
tas, quare ut meliores, omni ho-
re obsequio non prævenis? Hæc-
cine

cine veritas eſt? *Veros adorato*
Dei oportet in ſpiritu & verit
adorare, qui mendax eſt, ex pa
diabolo eſt. 5. Ad rem contemn
dam ſufficit ut unus ſit defectus,
te humiliandum ſi una deſit virt
corpore tota ſponſa form
ſit ſolùm deſit naſus, omnes e
contemnent: Sit pius, devotus, i
neus, &c. ſervus, ſolùm furax om
eum contemnent; ſit optimus ar
fex veſtem optimè conficiat; ſol
in uno erret, damnabis ejus opera
& ſic in omnibus. Totam rei per
ctionem ob unum defectum deſpi
in ſolo te judicium aliud habes. 6.
Cypr. epiſt. 3. *Exaltatio & infl*
tio & arrogans ac ſuperba jact
tio, non de Chriſti magiſterio qui h
militatem docet, ſed de Antichri
ſpiritu naſcitur, unde & parem ta
bus pœnam ſcriptura comminat
7. A

Aliquibus Deus majora parcit pec- ... , aliquibus non parcit minora, ... m ad plurimorum Sanctorum in- ... essiones. 8. Multi qui bene vixe- ... t, damnati Phigellus, Hermoge- ... Philetus discipuli & socij Sancti ... li, tandem facti apostatæ, Ori- ... es sanctissimus, castissimus, filius ... tyris, Tertullianus austerus, la- ... Basilides Episcopus Asturgita- ... Martialis Ep. Semovicensis post ... m sanctam facti idololatræ, ut ... et S. Cypr. epist. 68. Osius Sol ... lesiæ perijt. Lucifer Calaritanus ... æresim lapsus. Dydimus Alexan- ... ius à S. Antonio vocatus sanctus, ... jt. Nestorius monachus perfe- ... imus Patriarchaque Constan- ... factus hæresiarcha, & ejus ma- ... er Theodorus ex sancto scelera- ... mus. Eutyches priùs exilium ob ... m passus, propheta, hæresum

terror,

terror, miserabilis hæresiarcha
ctus, & hic tandem pœnituit ex
unus. Aug. Soliloq. 29. *Vidimu*
multis & audivimus à Patribus
stris, quod utique sine magno tre
non recolo, sine multo timore
confiteor, ascendisse primitùs qu
usque ad cœlos, & inter sider
dum suum collocâsse, postmodum
tem cecidisse usque ad abyssos,
nimas eorum in malis obstupuisse
dimus stellas de cœlo cecidisse ab
petu ferientis caudæ draconis
& eos qui in medio filiorum D
ambulabant instar lapidum ig
rum quasi lutum ad nihilum d
xisse. Cypr. de simpl. Præl. *Non*
es in termino quidquid habueris
gradu ad huc inde cadere potes
quò plura habes periculum maju
quia plus adversarius provocatus
Talis Justinianus & Heraclius I
p

iùs PP. Ecclesiæ post Tyranni,ta-
Hero Erem. August. Soliloqu. 28.
undas de nobis Filiis hominum eos quibus tibi complacuit habitare, os ab inaccessibilibus profundis se-etorum judiciorum incomprehensi-ium sapientiæ tuæ, semper justo-m, licet occultorum, sine eorum ritis prædestinâsti ante mundum, câsti de mundo, & in mundo justi-âsti, admirantur omnes tabescen-s sapientes terræ, & ego Domine c considerans expavesco & obstu-sco de altitudine divitiarum, sapi-tiæ & scientiæ tuæ, quoniam ex dem luto alia quidem vasa in hono-m, alia in contumeliam sempiter-m. Quos igitur tibi elegisti de ultis, quorum nomina tu nosti ne-aquam perire possunt, quibus nia cooperantur in bonum etiam sa peccata (hinc noli assumere in exem-

exemplum tibi quosdam, qui tot
vitam perditè agunt, & in mo
pœnitent, quia sunt ex electis.) C
*enim cadunt non colliduntur, quia
supponis manum tuam custodiens
mnia ossa eorum, ut unum ex his n
collidatur. Attamen mors pecca
rum pessima, illorum inquam qu
antequam faceres cœlum & terra
secundum multam abyssum judic
rum tuorum occultorum semper j
storum, præscisti ad mortem ætern
quorum dinumeratio nominum
meritorum pravorum apud te, qu
reliquisti in judicijs: quibus omnia
operantur in malum, & ipsa eti
oratio vertitur in peccatum, ut si
que ad cœlos ascendant & caput
rum nubes tetigerit, & inter side
cœli nidum suum collocaverint qu
sterquilinium in fine perdent*
Ita enim Isaiæ 10. *Et erit lumen Isr*

igne (inferni) & sanctus ejus in
ma, & succendetur & devora-
r spina ejus, & vepres ejus die
. Et gloria saltûs ejus & Car-
ejus ab anima usque ad carnem
sumetur, & erit terrore profu-
& reliquiæ saltûs ejus præ pau-
te numerabuntur, & puer scri-
os. Cypr. de sing. Clerici Quan-
r quales Episcopi & Clerici si-
l & Laici post confessionem victo-
rumque calcata certamina, post
gnalia & signa, vel mirabilia us-
quaque monstrata, noscuntur cum
omnibus naufragâsse. &c. Quan-
leones domuit una infirmitas deli-
a? &c. ante nos ista tractantur
nullis terroribus coercemur, quid
eremus, si opinionibus tantum-
dò gestas historias audiremus?
d hæc est semper incredulitas hu-
næ duritiæ & non solum audien-
do

do sed etiam videndo non credat al
ros interisse, nisi & seipsam vide
interire: Luc.13. Cùm cadens tur
in Siloe quosdam oppressit, Chris
cæteris dixit. Putatis hos cæteris fu
se deteriores? non. *Nisi pœnitenti*
egeritis omnes similiter peribitis.
è contra Cypr. l.c. *Sæpius & mæc*
& sanguinarij, & ebriosi, & om
um scelerum rei conversi meruer
ad palmam Martyrij pervenire. N
vatianus hæreticus quàm ante sa
ctus fuerit testatur S. Cypr. epist.
eundem. *Proximorum delicta*
propria fleverat, onera fratrum s
stinuerat, lubricos in fide cœlesti a
cutione corroboraverat. Et tu ne
an sis ex electis, nescis an si te tal
putes eo ipso sis permittendus la
& si te meliorem putas, & tan
peccas, gravius peccas, quia magis
Deo ingratus agnoscens plura e
bene

ficia & te credens amicum, de te
itur. *Si inimicus meus maledi-*
t mihi sustinuissem utique, tu ve-
c. 9. Axioma est. Quò vilior
ona quæ offendit, eò gravior of-
,tu vilior es in natura quàm dia-
s, itaque eo te magis humilia.
Dæmon non audet hominem
tum lædere, at tu. 11. Pilatus ex
crucifixit, tu voluntariè. 12. Ju-
n peccato ad triduum non per-
ravit, at tu diutiùs. 13. Crucifixo-
si sciuissent Regem gloriæ nun-
crucifixissent. S. Brig. Reu. 37. B.
cit: *Crucifigunt filium meum per*
rationem peccatores. 14. Sed si
m veniale comisisti, plus mali fe-
, quàm si corpus & animam de
eres. S. Doroth. serm. 20. *Nec pro*
us conuersione mundi mentiri de-
mentitus plus fecisti mala quàm
àm posses facillimè totum mun-
dum

dum ex inferno eripere, non erip
ses. 5. Demus te nunquam pecca
nisi in oratione distractum fuiss
jam es maledictus à Deo. Amb
Cain & Abel. c. 9. *An nescis q*
grave sit in oratione contrahere p
catum ubi speras remedium, c
Dominus per Prophetam docuit
esse grave maledictum dicens Psa
Et oratio ejus fiat in peccat
16. Detur quod semel solùm ve
liter peccâsti & ecce habes quod
tâ vitâ defleas. (Vide Soliloq. de p
ven.) 17. Si fuisti temerarius se
meritus es iram Dei ut Oza. 2. Re.
Deus unicè amat spiritualia, jan
rò amanti etiam aliquod parvum
pere quantum! Deus appropriat
riam, *gloriam meam non dabo.*
Deo gloria. 18. Et quidem de r
spiritualibus superbire, videtur
multò gravius peccatum quàm
ten

nporalibus. Quia res, quæ ſunt
opriè Dei furari & ſibi appro-
iare eſt ſacrilegium, idque contra
iritum S. ut patet in Anania & Sa-
ira, qui mentiti Spiritui S. Item
ia quò quis res majores furatur
avius peccat. Atqui ſpirituales
nt meliores ſecularibus & altioris
dinis, imò quò majores erunt, gra-
us erit peccatum. Quia contra Spi-
um S. quia præcipuè ſunt dona
iritus S. Et quia in ordine ſuper-
aturali ad quem Deus elevavit &
ecialiter ſuum fecit. 19. Neminem
edo tam clarè cognoviſſe ſe non
ebere peccare, & tamen peccâſſe,
ego. Unde ſi plura peccata
ij fecerunt: minùs ſuas obli-
ationes agnoverunt aut ſi agnove-
unt & fecerunt, minus ab eis præ-
ervabantur atque ego. Tu quidem
ihil te dicis? ſed quomodo. An ni-
hil

hil de te sollicitaris ut procures riam Dei, atque non sollicitaris d quæ non sunt. relinquendo te & aniniendo in omni patientia, abs pto omni affectu proprio, annih tâ voluntate tuâ, sicut non effic impatiens, si qvis spatia imagin verberet.

SOLILOQVIUM TRIGESIMU QVINTUM.

Odium quo DEus odit su perbiam.

PUNCTUM I.

CUstos castitate exuit dum à perbia liberet: Job 12. v. *Baltheum Regum dissolvit & pr cingit fune renes eorum.* De c S. Greg. M. *Regum dissolvit, quan in his qui bene regere sua membra debantur, propter elationis culp casti-*

itatis cingulum destruit, hoc est
misit ut caderent in luxuriam, ne
ollerentur in superbiam. S. Da-
sc. lib. 2. Orth. fidei cap. 29. *Sit*
quis cui virtutes suæ ad rectè facta
mos attollant, sinit hunc DEus
tuprum incidere &c. 2. Eccl. 10.
ibilis est coram Deo & homini-
superbia. 3. Etiam superbus si
et tam pius, purus, probus ac B. V.
tamen superbus esset, Spiritus S.
eo non requiesceret. Bern. ser. 1.
per Missus. *Si Maria humilis non*
et, super eam Spiritus S. non re-
ievisset. Supra dixit. *Super hu-*
lem non super Virginem. 4. Ex-
ordinarios modos & specialiter
nfusivos puniendi hoc malum
us adhibet, ut Nabuchodonoso-
m vertit in bovem. 5. Omne pec-
tum nomine superbiæ appellat.
scendit superbia eorum. 6. Quot-
quot

quot habueris bona opera, si eis
unum actum superbiæ admiscue
contemnit illa Deus & fastidit.
patet in Pharisæo luc. 18. ut ipse
Deus svadeat, si facis opus aliq
ut tibi sit utile Matth 6. *Nesciat*
nistra tua quid faciat dextra, 7.
perbos execratur Isai: 28. *Væ cor*
superbiæ &c. pedibus conculcab
corona superbiæ.

SOLILOQUIUM TRIGESIMU SEXTUM.

An me verè possim judica pejorem omnibus.

PUNCTUM I.

Est de fide gratias & auxilia pr
dari nobis gratis à Deo, ita
quod mihi dederit. alteri nega
nihil in me plus invenit quare d
potius. Gratis nos elegit ad virtu
si illam habemus, ut Paulum c

clesiam persequeretur fecit *Gas ltionis*: Genesium Martyrem unnihil nostri habemus præ aliis. Quare tu potius natus inter Christianos &c. non inter turcas? Gratia Dei. Quare non ante prædica- Evang.? Gratia. Ergo quod te tulit aliis misericordia Dei est. Et præ his omnibus ingratior! 3. Si dona alius accepisset multò fortè gratior fuisset, tu itaq; pejor illo. S. Franciscus dicebat gratim futurum fuisse quempiam latriem quàm se, ideo se infra latroni abjiciebat: Aliunde nihil haquo te præferas. 4. Gratiis à datis meliùs quisq; alius usus et, si habuisset tantam rerum tis notitiam, auxilia, socios &c. tibi ad altissimam sanctitatem iciunt: Quòd alius peccet, fragitis est, non habet tanta auxilia;

 quod

quod tu etiam minimo peccato, si
mæ malitiæ. Ideoq; tua min
alienis maximis habent unde gr
ora reputentur. 5. Aliorum, qui
ta non acceperunt à Deo nec
mantur peccata tanti sicut non j
catur cæcus qui in tenebris nihi
det, sed qui in luce, non surd
nullo loquente nihil audit: At Isa
Quis cæcus nisi servus meus?
surdus nisi ad quos nuncios meo
si? At qui *servus sciens volunt*
Domini & non faciens, pejo
ignorante, & magis *vapulabit.*
qui ut Bern. serm. 1. in Pentec.
enti bonum & non facienti p
tum est illi gratia: Atqui melius
nil tale habere à Deo quam a
vel malè uti: Ut de Juda scrip
melius est si natus non fuisset
ille, id est, nec gratiam creat
accepisset. 6. Habentne tanta

uos reputas te magis peccatores
inc ſe humilient. 7. Nonne di-
s es ut iis donis priveris ? Magis
iaris ? Ut qui majorem benefa-
em offendiſti. Hinc Magdalena
azzis judicabat, ſe dignam deſeri
eo, indignam ejus ſervitio & obe-
itiâ, monaſterio, ipſis contume-
: mirabatur ſe non detruſam ad
rnum.

PUNCTUM II.

Ata tibi ſunt talenta, non uteris,
audies. Matt 25. *Tollite ab eo ta-
tum, & inutilem ſervum ejicite
enebras exteriores, ibi erit fletus
ſtridor dentium.* 2. Magna tibi
a Luc. 19. *Tollite ab eo &c.* Et
nen agnoſcebant ſervi non ſuum
fuiſſe talentum, nec de eo gloria-
ntur ut tu non amiſerunt, non ab-
i, ſed tantùm quia lucrum non fe-
runt, Et hoc quidem in eo qui

unicum talentum habuit, quid fie
illis qui plura! 3. Es vinea circa qu
Deus laborat dona conferendo
jora quàm alijs. Sed tu pro uvis
bruscas, & ecce ait Deus. *Nunc os*
dam vobis quid ego faciam vi
meæ. Auferam sepem ejus & eri
conculcationem: ponam eam in
sertum, & non putabitur, &
fodietur, & ascendent vepres &
næ, & nubibus mandabo ne plu
super eam imbrem. 4. S. Greg. hom
In Evang. *Videamus ne nos qui*
cæteris in hoc mundo accepisse
quid cernimur gravius inde jud
mur cui multum datum multum q
retur ab eo. 5. Bonum ex integra c
sa malum ex quovis defectu. 6. M
tos videt Deus si illis etiam min
gratias contulisset longè sancti
futuros. 7. Multi post vitam scel
tam conversi ferventiùs Deo servi

ulus, Magdalena, hinc cogita
nunc vides sceleratos, si Deus
gratias forte millies futuros fu-
anctiores; at tu quia tepidus es.
c. *Incipiet te Deus evomere ex*
uo. Greg. 3. p. Pastor. 35. *Qui*
c in peccatis est, conversionis fi-
um non amittit, qui verò post con-
onem tepuit simul spem quæ erat
eccatore subtraxit. DEus ignis
eporem odit. Iniquus es in Chri-
erita ad hoc ne tibi meruit auxi-
t tam tepidus esses? Judica te
m, an non sis dignus ut his spo-
s?

PUNCTUM III.

Uid si tu es causa ut alij relin-
quantur in peccatis? 1. Punit
is unius peccata in alijs non so-
poenis sed etiam permissione
cati, & negatione auxilij ad resur-
ndum. Exod. 20. *Visitans iniqui-*

 tatum

tatum Patrum in Filios in tertiam *quartam generationem*, sic qui e S. Thomæ Cantuarien. sciderc caudam eorum posteri caud S. Adalberto Archiep. unus infl tubam in aurem, omnes ejus pag audiverint tubam obsurdescunt, li ob filios punitus ob Achan, lem, Davidem, Ezechiam, &c. to regnum temporaliter. Sed etiam missione peccati, ut ob Davidis a terium *suscitabo malum de domo* id est permisit incestum Amnc Absolonis scelera, hinc David Absolone volebat mori. 2. Nun dæi permittuntur in peccatis & p dia mori, quia majores eorum C stum occiderunt: 1, Thess. 2. *pe* *nit furor Dei super illos usque* *nem*. 3. Sic Græcia in Schisma servitute, sic terra sancta ob pec majorum hæret, sic Europa in h

abi permissa & nō tota erigitur, dixit hæc S. Hildegardis 300. ante Lutherum & causam ho- scelera adduxit. Propter pecca- ella injusta & tot crimina sicut pter peccatum Achab spiritus ndax in ore omnium Propheta- permissus. Tu ergo es causa peccatorum, tu causa quòd tot nnentur. Et fortasse per multa ula damnabuntur. Hinc B. Magd. Pazzis totius mundi scelerum se m, S. Cath. Senen. S. Dominicus licabant, & pro ijs conabantur sa- facere. 5. Et jam tu te totius mun- fœtorem, pestem, infectionem ju- are non poteris, non colluviem & ntem scelerum? non ideo enim tu nus es causa omnium quia & alij nt, & quia te DEus majoribus be- ficijs cumulavit tua magis eum acerbant peccata, quem tanto lu- mine

mine illustravit, sibi univit, *Si ini*
cus maledixisset illi sustinuisset ut
Tu verò comes ejus &c. magis l
dit macula in pura veste quàm in s
dida, quam posuit ut lumen mun
ut salem, at *si sal evanuerit &c.*
salire debueras & condire Deo m
dum, & ecce es insulsus, tu à put
dine conservare & ecce evanu
Echech. *Quæsivi de iis virum qui*
terponeret sepem & staret oppos
contra me pro terra, ne dissipa
eam & non inveni, & effudi su
eos indignationem meam, & i
iræ meæ consumpsi eos. Tu ergo
amicus, cubicularius intimus, fa
es caput omnium rebellionum, tr
lationis regnorum; Tu es naucl
qui naufragos cùm possis recip
contemnis. 6. Peccatum cùm sit
finitè malum, & te quasi infinitè m
lum, & vilem facit si illud admis

alor quaſi infinitè calidum. 7. Vix
is. imò aut non dabis mihi opus
m bonum ſine ullo defectu: at-
en ut bonum ſit omni defectu
re debet. Quia bonum ex inte-
causa. Non cum ardore ut pera-
negligis boni occaſiones, tuæ vo-
ati indulges, inſtinctibus reſiſtis,
tiora Deo omittis, diſtraheris, ver-
plenus es minus conſideratus &c.
dhuc servꝰ eſſes inutilis ſi quot in
rnitate momenta, in immenſita-
uncta ſemper intendendo amoris
us eliceres, obſequia quæ poſſi-
s poteſt creatura præſtares. Quid
ò modò ubi nil ſine defectu? ſed
veluti ſculptor rudis craſſam
tuam plenam erroribus oſtentas.
timus autem ſi unus error fuerit,
cultabit. 9. Deꝰ tibi veluti aurū dat
xilia, & tu lutum illi miſces, tra-
imus Deum ſed ſingulis bolis ali-

quid corruptionis miſcemꝰ, mur
exſtruimus ſed multum arenæ in
lateres miſcemus ſiccæ : ſerta, ſed
ter flores lutum. 10. Si quis te c
aliquot ſociis acciperet & in alt
mam turrim ex qua aliquot ſoc
dejiceret, teque extra feneſtram
poſitum teneret, minando tibi ſi
lem interitum, vacaretne tibi ad
perbiendum & de tuis excellen
cogitandum pendes, infra te pec
tum mortale & gehenna, & hunc
nentem ſuperbiâ irritabis ? & tan
propter nullum vitium tot Deus p
miſit labi quàm propter ſuperbia
Sic Petrus, ſic apud Caſſ. unus à p
va ſuperbia ordiendo Atheus fac
irrevocabiliter. 11. Antiqui ſap
tes Rom. 1. traditi in omnia fœd
ma ſcelera contra naturam & ra
nem : & hoc quia non ut par
Deum glorificaverũt, non ſatis g

beneficiis fuerunt. Tu ergo
ptis Dei beneficiis par es omnibꝰ
robis : iis adjectis,ut de alieno ſu-
bire non potes, & ſi non gratus es
uper in tanto es periculo, hoc pe-
ulum cogita non ſuperbies ſicut
qui expectat pœnam capitis. Pe-
ſum rebus inanimatis, nihil am-
is appetunt eſſe quàm ſunt, ego
ò ob ſuperbiam melior Deo, illæ
rantur ad ſuum finem, ego non :
edientes ſed finem cui ſunt
jectæ, ſuo modo laudare DEum
n deſinunt. 12. Gentilibus damna-
quia non tantùm cognoverunt
ormitatem peccati. 13. Gratias &
na quæ tibi Deus dat plura quàm
is fortè ita ut medicus, graviùs
rotis dat majora, quia te magis vi-
t fragilem, & quia cum his cadis
m quibꝰ alii non caderēt. 14. Quod
n cadis ſuis te manibus Deus por-
tat

tat nec ideò cadente debes melior
te putare, ſed Deo gratias agere qu
te tibi non relinquat. 1. Exhibet
ut filio prodigo plures gratias ide
es melior alio, 16. Vis haberi ut
aurea & pura à Deo ſed fortè i
magis apparebunt tuæ fœdita
17. Quæ mea prudentia contem
Rege potentiſſimo, & cui inſuper
beo millionem auri, ac ideò po
me vel ad carceres perpetuos det
dere, vel comburere vivum &c. E
tamen & in obſequio ſum deſes i
ut placeam uni incarcerato:
eſt Deus hic Rex cui ſum debitor,
mo quivis cujus reſpectu ducor,
captivus Dei ſaltem ob peccatum o
ginale. Lucra minima quæro &
xia id eſt temporalia: æterna negli
tranſeuntia non manſura: volun
tem meam ſequor à qua ſum to
deceptus non divinam. Et cum
prudentia glorіabor?

OLILOQVIUM TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Miseria hominis.

Vfantia & Pueritia. Nascitur ho-
no infeliciùs quàm bestia, quàm
mis. Tota ejus vita in aliena gra-
, si tantùm sibi relinquatur. perit:
ltos morbos cum lacte & ad ma-
nclinationes fugit. Traditur in-
uendus his quorum sævitiam ferre
et, nullâ interim libertate, nullo
minatu gaudet, & nihil differt à
incipio; coercetur, constringitur,
ti quævis cogitur, & ad placitum
enum se formare, & sæpè vitiis im-
itur. Ea sustinet quibus graviora
o vix accidere possunt. 2. *Adole-
ntia.* In hac temeritas, audacia, fu-
r juvenilis, in pericula se conjicere,
tatu, aggressu: lumen rationis le-
ciniis extingvere, castitas infinita
subit

ſubit naufragia, deinde pudor in co
feſſionibus & vix ulla emendatio
ebrietas, crapula, lites, pugnæ, vuln
ra, detractiones, Dei & ſalutis obliv
ſocii mali ut pudeat eſſe impude
tem, quot mendacia, quot diſcrim
na vitæ, ut ſi ſupervivant morbor
plurimorum initia contrahant, pe
mas conſvetudines, axiomata &
ctamina noxia acquirant, mores p
vos, ut ſenectuti nil niſi quod dol
relinquatur. Vide plura in Plato, t
ſibi Juvenis promeretur mille inf
nos tum malam famam, tum ſani
tem, oculos, aures & membra c
rumpit: Deus interea læſus voca
nes ſuas & auxilia ſubtrahit, & ſic
finiti pereunt. Jam ſi uxor quæri
quanti caſus! 3. *Vir* ſolatium ex
ctat à prole, ecce afflictio, vel de
mis, vel immatura moritur, vel r
itioſa vivit, vel filia fit pudori, fi
pro

pbro, inobediens helluo. Jam uxor
specta, sterilis, contentiosa, jam li-
, curæ, vicini mali, colligetur ava-
ut conficiatur, interim ager fit ste-
s, terrent pluviæ, siccitas & anima-
m, pestes. In amicis perfidiæ, se-
torum proditio, famuli perfidi,
ici infideles, ubique furta. Et hic
àm omnia plena periculis. Cass.
q. 6. de statu vitæ del. *Multi in*
trimonio æternam salutem amise-
t, qui in Religione salvati fuissent,
idam è contra in religione pereunt,
i in matrimonio salutem fuissent
secuti, nonnulli pereunt in hac re-
ione, qui non periissent in alia (sæ-
etiam in malam disciplinam, dis-
lutionem, ebrietates incidunt)
em est dicendum de dæmonibus di-
itatibus, officiis, statibus, artibus,
ificiis, societatibus, aliisque vitæ
neribus. Quàm multis dignitas
cclesiastica vel Canonicatus fuit cau-
sa

sa perditionis? Quàm multis Maj- stas regia & potentia sæcularis: ite studium accumulandi prolesque d- tandi. Sunt enim nonnulli status e studia quæ plurimas peccatorum o- casiones suggerunt. Nam ex reb- ex se indifferentibus aliæ nobis, al- aliis, damno & occasioni pecc- sunt. Nemo autem novit quid sibi e- pediat excepto Deo, hinc tot solli- tudines si quis de statu suo se reflec- eane sit vita in qua salutem consec- turus. Eane in qua certò damnandi.
Sed plerumq; ad consideranda sa- tis negotia vel minimum temp- per amicos relinquitur, accedunt - bita, credita, negas mutuum hostis - das si repetis hostis es, acceptas hos- tes, te perdis; fugis, irrideris. D- mnum accidit, aliquid comburit- vastatur, tu torqueris. Multa, ne - habearis minus generosius auden-. Infirmatur, moritur domesticus -
pro-

les, qui dolores, quæ lamenta!
nta afflictio! Quid non doloris?
ertè nemo eſt qui non plura mala
dverſa acceperit, quàm bona &
a. Mittitur extra domum filius
nta ſolicitudo ut ſtudeat, in peri-
a incidat, cum illo medium pro-
ſcitur cordis, de illo ſi adverſi ru-
res audiantur quid non afflictio-
? imminet grando jam pallet ne
pſius fruges ſæviat, imminet ven-
furens ne ſylvam ejus frangat,
ivia quia importuna queritur.
lla aeris conſtitutio, nullum ele-
ntum ſatisfacit. Si tibi ſuccedat
nè, quot invidebunt, inſidias ſtru-
, in iis innocentem vocabunt,
urias inferent. Si adverſitate pre-
aris, nullus malum porriget.
uantùm inter hæc relinquitur ut
uti tuæ cōſulas, cùm nec lingva tua
nec manus vacet, nec cor ſit quie-
tum,

tum, nec oculus liber, nec pes sibi
lictus, totus es extra te, ut nul
mancipium dirius servitium pa
tur, excepto hoc quod tu spontè
curas assumpseris. 4. *Senectus.*
omnes expectant tuam mort
omnibus es gravis, nec te Filii f
possunt, perpetuæ contra te qu
læ, Filii acerbius respondent, ut
minus eos revereri debeas quàm
Pædagogum. Ipse tibi gravis,
morbo post alium succedente,
circa te deficit, & quoties vides
ut par est tibi ministrari toties a
ritudine aut lachrymis profund
Sedebis totis diebus desertus, dic
liꝰ non superesse tempꝰ quo te a
affinis etiã convitiis excipiet, o
sua coram te abscondent, nec
vos nepotes adire te permitte
ne eos halitu & morbis inf
Lætior eris pro deliro sene hal

triſtior pro intolerabili ac cru-
contemnes veſtitum dedecus in-
ere domui; appetes, ridebunt
uti juvenilia appeteres. Filii
untati ſervies, te velut miſerum
ſui juris neſcium traducent; ob-
es: Mille pro uno verbo facta
ipies. Sobrius vives, vitam te
ita in malum nepotum trahere
erpretabuntur in nullo denique
isfacies. Jam accidat morbus
lecto te movere non poſſis, vide ne
ùs putreſcas in lecto, quàm in ſe-
lchrum mortuus deferaris, nullus
t qui odorem ferre poſſit, qui pre-
& vota langventis audiat. Jam
luti tuæ quid ſupererit inter has
naritudines, quæ executio teſta-
enti, ubi omnia priùs diripientur,
lſificabuntur antequam animam
hales. Si largior ſis in animam
gueris, ut tuorum immemor.

Omnes

Omnes ſpe vitæ longioris te lact
bunt ut ſine cura ſalutis moriari
Aut ita curis, ſollicitudinibus diſtr
hent ut nec tempus quo cœli recc
deris ſuppetat. *Univerſim loquen*
nulla dies ſine admixtione alicu
mali. 2. Salus ſemper dubia. 3. S
plerumq; decipit. 4. Morbi per
tui. Etſi ſanus eſſe velis, omni
ferè oblectamentis te vitæ abdic
non ſomnum cùm libet, non cib
quando, & quem. 5. Paupertatis
egeſtatis omnia in terris plena. 6. F
rò meſſis reſpondet expectatio
7. Diluvia, naufragia, bella, peſ
8. Mors ſemper impendet ita ut
uno momento ab ea ſecurus
9. Sæpe tam amara vita redditur,
homines mortem præeligant, i
eam ſibi inferant, & quod alicui
cidit, tibi poteſt. 10. Curæ ſom

adimu

munt. 11. Impiis ſæpe melius
cedit quàm bonis, & raro qui de-
et virtutem ſequitur honor. 12. à
entioribus opprimuntur debili-
s, & juſtitia contra eos ſilet.
Tot diſcordiæ, cædes, apertæ &
ultæ. 14. Omnes paſſim cum
ritu animæ in libidines effuſi, aut
ritiam. 15. Meliores ſæpe pauper-
abruuntur. 16. Caſtitas in diſcri-
ne & inſidias multas patitur.
Qui expetunt proles carent illis,
eas nollent habere, abundant.
Sinceritatis nihil, lachrymæ &
ores falſi, nihil eſt cui firmiter
das. 5. *O quam beata* vita eſt quæ
cul his eſt. O quàm quàm beata
eſtis Patria ubi amat unus alte-
n, optat, gaudet, complacet de bo-
alterius ac de ſuo, nihil quod ne-
ubi ſemper eſt quidcunq; deſi-
es, ubi abeſt ſemper quidcunque
metuere

metuere possis, ubi non de veste, n[on de]
cibo, non de filiis, non de re fam[ili]
ari, non de honore, non de fama, n[on]
de domo, agro, ædificio, sylvis, la[bori]
bus, cura. Ubi à nullo hom[ine]
quidquam timeas, cum quovis t[am]
securè tam confidenter ac tec[um]
agas, ubi quocunq; voles statim [per]
venies, quidquid voles scire, cog[no]
scere, intelliges. Quamcunq; [vo]
cem symphoniam audire statim [ex]
citabitur, quemcunq; saporem g[ustu]
percipere habebis, quamcunq; [vo]
luptatem percipere cum hone[state]
senties, quidcunq; videre, conspi[cies.]
Quoscunq; alloqui, statim po[tes.]
Et hoc in æternum & hoc cum c[erta]
securitate de possessione, & de[...]
nunquam sollicitaberis ne ami[ttas.]
Quàm beata respectu cujus [...]
præsens est mors. S. Greg. M. [...]
37. in Evang. *Terrena substanti[a]*
p

næ felicitati comparata mors po-
eſt dicenda quàm vita. Tempo-
s vita æternæ comparata mors
ius eſt dicenda quàm vita. Quo-
do non mors? Somno ſi octo
as dediſti adjuncto diurno, tertia
s illius periit, nam octo ſunt ter-
pars horarum viginti quatuor
bus dies conſtat, deme vitæ pueri-
annos quos magis brutaliter exe-
i, deme quod morbi, ocium,
ii &c adimunt. Quid reliqvum?
l & quale, quod ventus aſperior,
od radius ſolis ardentior, quod
imula ſæpè eripuit: Quot tot ma-
morbis, caſibus, inſidiis, patet.

LILOQVIUM TRIGESIMUM OCTAVUM.

Pœnæ Purgatorii.

PUNCTUM I.

Ocent plerique eundem ignem
eſſe in purgatorio qui in inferno.

Ita

Ita Sanctus Gregorius Magnus
dialog. cap. 25. Sanctus Thomas
4. distinctione 21. quæstione 1. arti
Cæsarius historia 28. graviorẽ qu
quidquid in hoc sæculo cogitari,
videri, aut sentiri potest. S. Mag
lena de Pazzis à B.V. didicit. 2. p
tæ 13. omnia tormenta quæ passi f
tot martyres esse instar amœni h
respectu pœnarum purgatorii.
jet: docet quòd graviùs aliqui in p
gatorio affligantur quàm in in
no. Beda in Psalmo 37. esse gr
orem quidquid unquam passi la
nes vel martyres vel quidquid
vius homo possit excogitare. 2. G
viorem quàm omnium marty
simul sumpta tormenta, quanta
men Clementis Ancyzani, Adri
Eustachii &c. 3. Dæmonum ira
gularis ut de re jam perdita, sic
quis amittat mercedem laboris

um 10. 20. 30. aut 60. summâ irâ
ent, omne ingenium ad vexan-
n vertunt, & quidem non unus
tot quot per peccata (juxta
ng. ubi *septem secum assumit ne-*
ores) jus ad te habuerunt crescet
em post vicem decimam summa
entum 37. milliones, quadrigin-
9. millia, centum 28. quæ singu-
m feritas, rabies, ingenium ad
gendum! & horum alii aliis ne-
ores! 4. Ignis si esset ut centum
dus quantùm ureret, quid tot iræ
nonum in te incensæ? 5. Sæpe ne-
ur quam diu, dæmones ergo per
ndacium, longissima tempora
atur. 6. Nescitur an eâdem in-
sione, an augebitur pœna?
Omnis alia cogitatio quâ anima
raheretur cessat, & immenso pro-
tædio tabescit. 8. Solatium nul-
. 9. Est quidquid malum aggra-

vare demptâ æternitate. Cog
quidquid. Hanc vocem. 10. Si
ferrum candeat anima, ut solvat
pides attactu, talis comparuit
mens Judex Sanctus Severinus a
ctu Clerici manum solvit carni
ut scribit P. Damiani. Max
pœna terrestris non habet compa
tionem cum illa ut Sanctus Tho
in 4. distinctione 21. quæstione 1.
Si in flumine igneo voluteris.
Sanctus Aug. hom. 16. ex so S.
ressa vitæ lib. 4. cap. 3. apud Ri
Spiritûs dolores à corporeis pern
tùm distant atque hinc eruo &
quor, quod animæ quæ in infern
purgatorio versantur modo plura
tiantur, quàm in hac vita ad corp
lium mensuram ab hominibus c
prehendi queant. Unde Bo
Coningk. Tolet docent. Eti
pluribus annis pœnitentiam v
rigi

dam ageres, non satisfaceres pro
gatorio aliquorum, Aug. lib. de
& falsa pœnit. *Hic autem*
s etsi æternus non sit, miro tamen
o est gravis, excellit enim omnem
tam quam quis est passus in hac
. Nunquam in carne inventa
anta pœna licet mirabilia Mar-
s passi sint tormenta, & multi
uiter iniqui tanta sustinuerunt
licia. Cyrillus apud S. August.
t. 206. narrat unum ex iis tribus
in Sancti Hieron. obitu revixe-
t de purgatorio igne sic fuisse lo-
um. *Si omnes quæ in mundo*
tari possent pœnæ, tormenta,
ctiones, minori, quæ illic haben-
pœnæ & tormento comparen-
solatia erunt. Mallet enim qui-
t & ventium omnia, quæ hic viden-
tormenta subire & usq; ad finem
di omnibus simul sine remedio
 cruci-

cruciari pœnis, quas omnes hom
ab Adam hucusque sigillatim pe
lerunt, quàm uno die in inferno &
purgatorio, minori, quæ illic hab
pœna torqueri. Greg. in Pſ. po
ad 3. in princ. *Illum tranſitoi*
ignem omni tribulatione æſtimo
ſenti intolerabiliorem

PUNCTUM II.

PRo leviſſimis peccatis, ut ſunt
ba otioſa. 1. Unus mona
quinquennio vapulavit ob qui
grana piſorum neglectim an
3. Quidam quindecim annis,
non deſiderabat ardentiùs videre
ctiſſimam Trinitatem 4. Alter c
colloquendo ſermonem alioru
terrumperet, clamoſiùs loquer
malè mactatus. 5. In inferno pu
tur ob omiſſiones bonorum ope
eſurivi non dediſtis &c. Epu
uſum intemperantiorem pro

bonorum: quàm parva ergo
purgatorio manent! 6. Quid
poris puncta otiosè consumpta,
ntiones omissæ, distractiones ad-
æ? 7. Quàm severè singula:
deest qui uni veniali unum an-
n assignet, sed exempla superiùs
ucta ostendunt, quod uni pecca-
vi plures anni. Sed sit unica ho-
n quot sæcula excrescet pœna?
s annus solùm, horarum habet
o millia, septingentas sexaginta;
tor ne unâ septimanâ tot incur-
venialia. 8. Est exemplum, qui
nutuum unius nummi postquam
ennio arsisset in pœnis, monuit
olveretur. Alter sacer Orator
od stylum dicendi sublimiorem
ctâsset, quadriennio carcerem il-
n sustinuit. 9. Quid differimus
nitentiam nil impunitum aut à te
à Deo erit. Crede, crede grave hic,

nec postea leve pati, quod hic nummo ibi nec centenis exsolves plica manum igni si non æsti ignis pœnam. 10. Si jubereris per septimanam in æstu ferre S mone abstinere per annum, si bus flexis per mensem incumbe flagellari per diem. At omnia nihil: potest & de purgatori modo dici, nec oculus vidit, ne ris audivit, nec in cor hominis a dit quæ divina justitia præpara qui suas culpas voluntariis p non delent. Differimus & illud mus: hæccine prudentia? malle di pedes quàm vestem, malle c minui quàm pileum, &c. verù hic est verum. *Filios hujus m prudentiores esse Filiis lucis in ratione sua.*

PUNCTUM III.

LAmentatur Bern. *Libet conj lari, ajunt, donec hora præt*

donec prætereat hora; o donec ætereat tempus, donec hora ætereat, quam tibi ad agendam enitentiam, ad obtinendam veniam, acquirendam gratiam, ad gloriam omerendam miseratio Conditoris dulget. Donec transeat tempus quo inam tibi repropitiare debueras tatem, properare ad Angelicam ietatem, suspirare ad amissam hæ-litatem aspirare ad promissam fe-itatem, excitare remissam volunta-n, flere commissam iniquitatem, sic nirum, sic agricolæ &c. sic insti-, &c. sic pauperes &c. Sermone triplici custodia. In hoc sæculo ubi npus misericordiæ & parva satis-ctio pro peccatis sufficit vide quo-do DEus puniat. Sancta Clara monte Falco, ob vanitatem levem 15. annos passa desolationes (quæ minibus sanctis graviores sunt ini tormento) & plurimas mor-

tificationes adhibuit, & tandem p
15. annos revelatum est, quod fu
peccatum dimissum. 2. Sancta
tharina Bononiensis quia putavi
non posse falli à dæmone, per q
que annos ab eo ludi pro libitu i
permissa est. 3. Moyses & Aa
quia aliquantum dubitârunt
aqua ex petra elicienda, terram
missionis non sunt ingressi (quò
rius illis fuerit quàm mori) 4. J
Rex optimus ob leve peccatum
ipse interiit, & totum regnur
cum in ruinam traxit. 5. 3. Reg
propter veniale, Propheta à leo
laceratus. 6. Abbas Moyses ob
bius dictum intra disputandum
ditus est dæmoni ut ab eo excr
retur durissimè. 7. Sanctus E
rius ab ipso Christo Domino o
peccatum atrociter flagella tu
ctus Paschasius ita sanctus, ut f

solùm tacta ejus dalmatica à dæ-
one fuerit liberata, passus. Ut san-
us Greg. 4. dial. 40. item sanctus
dalricus quidam quòd ob occu-
tiones in gratiarum actione post
ensam loco Ps. *Miserere* &c. dice-
t *Laudate*, atrocissima passus:
nec Fratres per annum pro illo di-
rent Miserere. Crombac. de perfe-
one lib. 1. c. 29. quod quidam soc-
s veteres abscondisset fuit in pur-
torio. S. Antoninus 4. p. tit. 14.
p. 10. quia quidam tibialia abscon-
comparuit cruribus igneis. 8. San-
us Geraldus cæcitate ob veniale
rcussus. 9. Sanctus hrysost. La-
rum ea quæ passus est ut ad ja-
am Epulonis mendicus jaceret,
nset propter venialia passum.
. P. Christophorus Ortizius è So-
tate JESU quia officium honori-
entius acriùs recusabat, fulmine

 occisus.

occisus. Et tamen hoc tempus m
sericordiæ, quid ubi sola justitia
11. Sancta Vitalina fuit in purgat
rio, quia feriâ sextâ lavit caput, sa
ctus Severinus quia Breviarium t
tum simul dicebat occupatus neg
tiis aulicis, sanctus Paschasius qu
incautiùs adhæserat utcunque sch
smati & tamen quales pœnæ! Ap
Brig. 6. Rev. 2. Christus ait de qu
dam sic. *In purgatorio amarum h*
bebit anima ejus supplicium, qu
nullus mortalis est qui illud cogit
possit. Fr. Constantinus à Salvat
in Annal. ait. *In purgatorio trid*
nas pœnas exolvi: quæ trium milli
annorum (haud mentior) *mihi d*
turna supplicia visa sunt : Et tam
ait Bell. lib. de amiss. gratiæ 1. c
Vix ulli justi homines nisi ex mag
misericordia Dei, pœnam purg
rii acerbissimam evadunt, ita, ut r

x corpore ad cœlum evolent. Sancta Teressia cap. 38. vitæ. *Quamvis multarum animarum statum mihi Dominus revelare dignatus sit, ex omnibus tamen quas vidi animabus nescio an ulla purgatorium evaserit.* Etsi postea vidit multas. Soror sanctæ Catharinæ Seuensis fuit in gravi purgatorio quia in vita ornabatur. Soror sancti Damiani quia oblectata cantinâ quam à procul audivit, fuit . diebus in purgatorio. Einolphus quòd fratri suo adhuc puer obolum rapuisset furatus per horam fuit in purgatorio igneo. Cæsar. l.12.c.57. Puer novē nnorum quia novem nummos mutuo accepit & non solvit. Quidam quia sæpe sine facultate disciplinas fecit. Num. 20. Pauper homo pro cibo coquendo ligna colligebat sabbatho, jussit hunc Deus lapidibus occidi, 12. Pro uno verbo si ad infernum

num mittit idque in aliqua passio
seu animi perturbatione prolat
quantò magis gravissimo purgat
rio punit Matth. 5. *Qui dixerit fr*
tri suo fatue reus erit gehennæ ign
13. Jonathas ignoravit edictum I
tris sui, & aliquid mellis gustavit,
tefecit illum DEus ut capite plec
retur. 1. Reg. 14. Imò sancto Pe
cùm ex humilitate lavari pedes
non permitteret, Joannis 13. mina
reprobationem, *nisi lavero te*
habebis partem mecum. 1. Reg.
Bethsamitæ quòd visâ arcâ obt
rint sacrificium ex eis occisi 70.
biles, & 50. millia è plebe 2. Reg
Quòd Oza arcam detinuisset ne
deret, subitâ morte punitus. 14. S
ctissimè decessit Jacob Patriarch
tamen Gen. 50. septuaginta di
pro ejus peccatis Joseph filius f
faciebat.

[SO]LILOQVIUM TRIGESIMUM NONUM.

Gratia DEi ſanctificans.

PUNCTUM I.

GRatia Dei eſt quædam qualitas veluti color aut veſtitus ſuper-
[na]turalis quo anima ornatur juſti,
[am]ittitur autem per quodvis pecca-
[tu]m mortale: Non autem ſignificat
[ta]ntum propenſionem erga nos & af-
[fe]ctionem Dei. 2. Per hanc gratiam
[su]mus Ens, ſine ea nihil 1. Cor. 5.
[Gr]atiâ Dei ſum id quod ſum 1. Cor.
[13.] Si *charitatem non habuero* (id eſt
[gr]atiam nam idem eſt) *nihil ſum*:
[Id]eoq; fortè peccatum dicitur nihil,
[qu]òd hominem nihil faciat, ut co-
[ra]m DEo nihil valeat, æſtimetur.
[N]ihil quod ad protectionem debi-
[tu]m: In comparatione hominis ju-
[sti], id eſt gratiam habentis, nihil
ſolent

ſolent jura indulgere in aliqui
regnis ut malefico ſi mulier inji
ſignum aliquod quod eum duct
ſit in maritum, liberet à morte,
eſt ſignum gratiæ per quod anim
Deus liberat à nihilo quod eſt
quàm mors.

PUNCTUM II.

SI gratiam amittat anima, m
tur; ideoq; peccatum eſt n
animæ; gratia verò vita. 1. S
tuum jungeretur ori cadaveris, o
lus oculo, manus manui, totum
pus corpori ut ſic tabeſceres
illo, qualem pœnam reputares? e
jus eſt & fœtidius cadaver tua an
ſine gratia. 2. Si dum in m
prandes poneretur tibi cadaver, n
manum an non cohorreſceres? E
in pectore tuo, animã cadaveris
in peccato, geſtas. 3. Sicut o
hominum cadaver ingratum it

nima oculis Dei. 4. Sicut muscæ
cadaver concurrunt, eoq; dele-
ntur; ità dæmones tali animâ.
cut homines cadaver horrent &
no libenter cum eo moratur, ità
cti, & Angeli talem animam.
icut cadaver ad terram ruit, &
gis semper, & semper, corrum-
ir: Ità talis anima in peccata
jora & majora labitur. 7. Sicut
or cadaveris ingratus hominibus,
orationes hujus animæ Deo. 8. Si-
gravem contumeliam Euchari-
faceret, si quis in ore cadaveris
oneret, ità qui cum tali anima
nmunicat. 9. Sicut, quàm pri-
im cadaver defodi volunt omnes,
talem animam in infernum de-
idi statimq; post peccatum com-
ssum meretur, nisi unus incredi-
is & immensus amor Dei retine-
, qui sicuti cum proles amantissi-
ma

ma matri moritur, cadaver il
quod omnes horrent deosculatur
peliri non permittit, inhalare su
animam optat ut à mortuis susci

PUNCTUM III.

GRatia efficit Filios Dei adopti
per illam jus in gloriam co
ſtem & fruitionem Dei aquiru
ipſe enim ſpiritus teſtimonium re
ſpiritui noſtro, quòd ſumus Filii I
quod ſi Filii & hæredes, hæredes
dem Dei, cohæredes autem Chr
1. Joan. 3. videte *qualem charitaten*
eſt gratiam) *dedit nobis Deus ut*
lii Dei nominemur & ſimus. 2.
denter ſicut â Patre omnia pe
poteſt. 3. Certus de hæreditate.
per impoſsibile Deus moreretur, l
in omnia Dei bona ſuccederet, n
autem habet omnia cum Deo co
munia; atq; ità ſi capax eſſet, t
tam partem caperet, quantam C

s qui eſt Filius Dei per naturam.
mò hæc adoptio longè plus con-
t quàm hominis eſſe per naturam
ium, nunquam filius naturalis ho-
nis tanta accipit ab homine ut ad-
tivus â Deo, accipit enim poten-
m patrandi miracula, id eſt actus
pernaturales, quos tota natura
n poteſt facere, pro libitu efficien-
, ſemper & ſine ceſſatione magis ſe
ditandi: (Unde claves theſauri
æleſtis habet) magis ſe ornandi.
In creatis naturalis Filius fit non
t electione libera quod maluerit Pa-
ens hunc genuiſſe quàm alium, ſed
lanè caſu, at Deus *voluntariè nos
enuit verbo veritatis.* 7. In huma-
is tum adoptatur quando naturalis
eeſt, non ſic apud Deum. 8. In crea-
is ſi ſemel exciderit adoptione non
uoties volet recipietur, Deus recipit.
. Sciamus itaque nos æſtimare.

Scia-

Sciamus nos esse *divinæ consor* *naturæ* & nos geramus ut non generes.

SOLILOQVIUM QVADRAG SIMUM.

Patientia.

PUNCTUM I.

1. QUæ est stultitia esse impati tem? Rex amantissimè stico premit manum, leviter per tit, & ecce hic furit, indignat ô insania! amoris hoc est, *Ego q amo castigo.* Tales crucem papi ceam quam DEus illis imponit al ciunt, & unam immanem quern Sathanæ assumunt, dum levia n lunt pati, graviora coguntur & merito; verbo te quis perstring reponis decem, alter centum sic crescit & damna, quæ vitasses, si v bum tulisses. 2. Rex rusticum F

i veste induit simul ejusdem adjun-
ndo hæreditatem, & ecce hic ab-
it, reluctatur, quia modicum stri-
ior: Vestis Christi est afflictio, sed
i adjungitur cœlum, *in patientia*
stra poss debitis animas vestras.
Si regni obtinendi, vel è servitio
adendi Rex poneret conditionem
ancipio, si potûs salubris quidem,
d aliquantò amarioris, ejus tamen
io Rex ipse utitur, poculum sume-
t & ecce renuit. Ita nobiscum
EUS & nos ita cum DEO. 4. Si
tius mundi dominium offerretur
, qui jam ad carnificum lanienam
mnatus, vel illi qui jam in inferno
det, si modo crucem chartaceam
blevare vellet, aut musicam insva-
m aliquamdiu audire: Et ecce re-
uit. 5. Si famelicus, egens, nudus,
aberet ante se cibos, thesauros, ve-
es, tantùm quia passus aliquot per
lutulen-

lutulentam viam faciendi, mallet fa-
me perire. Mavis merita tibi, gra-
tiam non augere: Insuper si illu
lutum, (si vellet) posset circumiri
cujus mentis esset? Profectò quod-
libet malum relictâ sinistrâ appre-
hensione circumiri potest. 6. Si a
cui darentur montes aurei pro num-
mis, pro lacerna, purpura; ille com-
mutationem non admitteret. Ec
pro ignominia si quam hîc subis d
bitur æterna gloria, pro damno c
lum. 7. Si alicui ideò tantùm ne
sineret irrideri, daretur dominiu
supra Angelos, tamen mallet ille l
dibria. Certè omnis laus mundi l
dibria sunt & irrisiones, quibus
Ic in infortunio. Dominus hic aliquid boni quærit, alioqui hoc
ılum avertisset, quia amat me. *Do-
ni est terra & plenitudo ejus.*
Accusaberis iniquè, diffamaberis,
, bonus est qui ista permisit, non
ſeo quid inde eventurum, fortè ut
bo accipit mille camelos ut reddat
cem millia. 3. Injustè patior. Chri-
te Deus suo, & magnis Sanctis as-
nilat. Eâdem veste te quâ Chri-
um suum induit. 4. Nihil mihi sum
con-

conscius mali, laboro, non succ
Deus facit, ut augeas merita, &
inde cum fœnore recipias, ut P
totâ nocte laborans nihil cœpit,
stea uno tractu retis omnem
pensavit laborem. 5. Fiat ô fia
voluntas sicut in cœlis, ubi qui
voluntas fit in eis, & illi nihil
ctantur, beati sunt, felices
6. Sed quomodo idem volo si sur
obediens iis quos loco tui mihi
posuisti! Superiores, Confessario
tamen non tantùm idem velle, s
sentire deberem cum illis si me
conformo. 7. Injuriam facit D
mino qui cum re sua uti non
tuus sum, tuus sum, heu calci
8. Non vis homo sapientiâ Dei
re, etsi pro hoc det tibi cœlum?
vis tuâ stultitiâ uti, etsi pro hoc i
fernus expectet? 9. Instrumen
sum, quod nihil valet sine artific

sum sine eo vult agere. 10. Chri- etiam cùm de Crucis morte age- r. *Non meu ait sed tua voluntas* Sed tibi respondebit Deus quod *i melior est obedientia quàm vi- æ, & non obedire quasi peccatum landi*, Et quid Judæis quos nõ ex- iebat, dixit. *In jejuniis vestris in- tur voluntas vestra*. 11. Adhibe lia humanā & diligentiam debi- & si quid non successit, conten- esto, id Deus voluit, idem de mor- nfamia, casū amicorum. 12. Es- e contentus si loco animæ tuæ Deus unum supremum Ange- n v. g. S. Michaelem daret, qui te o animæ tuæ animaret, ecce Deus sum tibi dat, eo vives si ejus vo- tate vives, unus spiritus eris cum habebis cor rectum, & impecca- e. Si Deus non esset immensus po- s in te esset quàm in cœlo. Quia magis

magis est anima ubi amat quàm
animat. O felix vita, Deo ipso vi
de hoc Christus dicit *Ego in hoc*
ut vitam habeant de his loquens
voluntatem Patris sui faciunt, a
cut ille præter animam habet pe
nam divinam ratione cujꝰ à Deo
cialiter ut à Tutore regitur, ità
quisquis talis es. Ac in hoc ita ei
similis, ut dicat. *Qui facit volu*
tem Patris mei hic est frater m
Potestne jam Deus tibi quidpiam
gare? sibi profectò negaret? p
ritne permittere errare? se perm
ret. Et quia Spiritus S. per volu
tem procedit. Ergo cùm in te
rit voluntas Dei, in te requiescet
ritus S. & hoc est quod ait, *Su*
quem requiescet spiritus meus,
super humilem & trementem ser
nes meos. Et quia Spiritus S. a
est, idque infinitus, in te recumbe

s amor infinitus. *Pone te ut si-*
culum supra cor meum illud qui-
saxeum, sed illud tolle & da
lius, ô Deus qui me amas.

SOLILOQVIUM SEXAGE-SIMUM QVINTUM.

ujus sit periculi vocatio- ni divinæ, seu instinctibus non parere?

PUNCTUM I.

Vocatio est instinctus, seu volun- tas infusa à Deo ad perfectio- n vitam eligendam. Quia priùs
s Deus juxta Conc. Ancyranum
git, quàm vidisset nostra bona ope-
, & media cuique per quæ salvatur
s est eum designavit, quæ si ille de-
uerit, etiamsi alia in speciem me-
ora arripuerit, non salvabitur.
Multis eo fine dedit talenta & do-

na ingenii, indolis &c. Ut in ho
illo v. g. religionis statu vivant.
de videmus plurimos, qui adoles
tes egregii, dociles, dextri, inger
&c. Ubi statum elegerunt, fiun
fides, nulli grati &c. Quia non
statum quem Deus illis præordi
elegerunt, ideoque talenta ab i
cepit. 3. *Sæpe ob hunc finem*
rentibus industriam, vitam,
fortunæ dat, ut filios idoneos
statui educent, ut patet ex exe
apud *S.* Hieron. &c. quomodo
ti, si vocatis à Deo filiis obstite
sicut Dominus dat pecuniam fa
ut eâ certam rem emat, quod
neglexerit; & pecuniam recipi
pœnã imponit, hinc etiamsi fili
gligant vocationem, bona Paren
priùs dissipantur quàm ad eo
niant, & in paupertatem propu
sam, & alia damna delabu

Qui habent lumen & ad bonum
ciones si eas non sequantur in
absurda & tam rationi dissona
inuntur: Ut plane sit nec per-
bile. Sic Judæi dum spreve-
lumen in quantas Thalmudi-
fabulas lapsi. Deum quotidie
ere, duas lacrymas effundere,
t pugnis tundere deplorando
lium Jerosolymorum: Videa-
tris sæculis elapsis in quæ enor-
non lapsi doctissimi Theologi.
alia esse omnia peccata, quos-
in omni opere peccare, non
e legem Dei servari; Deum esse
ulsorem ad peccandum. Hic
tus spretorum instinctuum.

PUNCTUM II.

Impossibile est salvari aliâ viâ, imò
t scriptura. *Vocavi, & renuisti.*
co auxilii. *In interitu tuo ride-*
2. Alios homines vult DEus esse

 veluti

veluti aves cœli, alios veluti ani
Dei, si ergo avis nolit volare,
capietur, si animal progredi no
volare affectet, in quo est peri
Ita & homines qui alium statun
alio eligunt. Non omnes i
damnantur qui in seculo sunt,
animalia sunt, & illis Deus in e
tu providet, sed illi soli quos
vult esse aves, turtures solitu
meditari ut columbas &c. 3.
nos veluti instrumenta gloria
creavit in certos usus, *alios qu*
Prophetas, alios Doctores, &c
mo ergò si non sequitur dest
onem suam, id agit quod ille
vult navi arare, aratro transfr
&c. dicendo utiq; bonum est a
bonum navigare, sed non aratr
vigare; sed non navi arare bon
Sed per alia instrumenta fieri d
per hæc si tentes, & illa destrue

ficies, & rideberis. O profectò
it sancti multos dum Deus eo-
revelat illis prædestinationem &
ident mediis ad illam abuti, &
rè rident. Agitis Homines, si-
qui videt in aqua esse pisces, velit
ves in aqua pascere, quia videtis
dam in sæculo, (si videtis) sal-
, & vos ibidem salvari contra in-
tum creditis.

PUNCTUM III.

enas advertite eorum qui Deo
vocanti non parent. 1. Videte de-
n Virgines, voluit sponsus ut se-
n oleum deferrent, illæ arbitratæ
n opus esse tam multo oleo & se à
iabus si quid deerit, obtenturas,
e audiêrunt. *Nescio vos.* Tamen
buerunt oleum, solum nocuit quia
n in ea quantitate: Venerunt
portas cœli, id est, non fuerunt in
ccatis judicio mundi; sed non in-

 trârunt.

trârunt, quæ Deum illumina
non respexerunt, defectu lumin
rierunt, planè *per quæ quis p*
per eadem punitur. 2. Vocati a
nam, noluerunt, *nemo illorum*
stabit, etiamsi posteà voluerit. 3.
ipse de talibus queritur. *Qui*
bui ultra facere vineæ meæ, ecc
expectarem vuas tulit labruscas
expectarem arctiorem v. g. rel
fructûs observantiam &c. 4.
duntur tales frequenter dæmo
sit Dux eorum; quia Christum
recusârunt, ut in innumera pe
labantur sicut illi de quibus S.
lus. *Qui cùm agnovissent Deum*
ideò tradidit illos in reprobum
sum &c. &c. & multa horrida,
stabilia, execranda. Ps. 80. *No*
divit populus meus vocem meam
Israel non intendit mihi, & d
eos secundum desideria cordis eo

t in adjnventionibus suis. Si
ulus meus audivisset me, Israël si
iis meis ambulâsset, pro nihilo
itan inimicos eorum humiliâs-
& super tribulantes eos misis-
manum meam. 5. Illudent in ipso
rno talibus dæmones. Non obe-
Deo ad gloriam, obedi nobis ad
nam, tum primò. *Ergò nos er-*
imus &c. tardè deplorabunt.
Sed hæc est, quæ à talibus, quia
ndum eos premit, non attenditur
na. Justo Dei judicio exuitur
nis fortunæ, sive per hostem, mor-
m, casum, sivè aliis modis, ut qui
lebat esse pauper propter Chri-
m cum fructu, sit pauper sine fru-
i cum damnatione; vel si aliqui-
s dantur bona terrestria, dantur ut
uloni, ut ob illorum usum magis
mnentur, vel certè sicuti veneficis
emon opes offert ut magis eas con-

firmet in via reprobationis, s
permissione tali homini fient cr
ræ in tentationes, & divitiæ i
queos diaboli, ut etiam hæc g
tollatur illis quâ affectus filius
digus ad nefandam famem dev
& sic ad Patrem compulsus reg
7. Judicium rectum, & dictam
tionis turbatur, nec mirum,
enim ille *qui sequitur Christum*
ambulat in tenebris. Unde
tualium rerum pretium non a
dit, peccata aliquando ex ignor
crassa putat virtutes, satis nim
semel in anno confiteri, idq; g
esse si Confessarium deluseri
8. Non acceptat ab illo quidq
DEus, sicut dominus ab eo fa
cui offensus, ideoq; multi tot
eleemosynas nullas faciunt, ca
onem horrent &c. quia *non est*
ciosa laus in ore peccatoris, orati

æ erit, talis erit ut potiùs ſit *pec-*
m. 9. Vita talium abbreviatur,
tet ex exemplis, imò morte vio-
pereunt, ſicut ille propheta, qui
ra Dei voluntatem à via deſigna-
greſſus ad prophetam alium, &
ne laceratus. Sicut qui mone-
t hac certâ viâ eat & in hac
eum deducat, ille aliam idq;
nebris delegit, & in dracones, &
ias incidit, ſicq; indirectè eſt cau-
ſuæ mortis. 10. Dotes naturæ,
iam agendi cum hominibus,
norandi, eloquendi &c. &c. tol-
talibus DEus, ſicut patet in illis,
religionem deſerunt, in qua
mdiu fuerunt, fulmina fuerunt
ubibus, ubi exciderunt, lapis ſunt
. Sicuti cum dat pecuniam pro
ta via famulo Dominus, ſi eam
m ingredi recuſet, recipitur ab eo
unia, & veſtes quibus illum pro

ea via instruxerat. 11. Deniq; des illos cum instinctibus quos præv illis fore congruos, sed sicut inf tem sine nutrice inter serpentes, si ovem inter ursos & lupos in me sylvis, sicut peregrinum inter dios latrones quia contempsit d ctionem, sinit esse. 12. Ostendit h modum agendi, in eo cui unum lentum concredidit, sed ille ait *mine scio, quia homo durus es*, d sunt hæ viæ melioris vitæ, durius judicabis in altiore statu, *metes non semināsti*, multa à me requ *congregas ubi non sparsisti*, malo tiis actis tibi pro hoc talento illud scondere, & suo tempore redd quod tuum est. Sed en. *Resp dens autem Dominus dixit ei, Se male, & piger sciebas quia meto non semino, & congrego ubi sparsi, oportuit ergò te commit*

pe-

cuniam meam nummulariis (non judicio fidere, sed experiri sed viros probos consulere) *& veniens ego recepissem quod meum est cum usura. Tollite itaq; ab eo talentum* (ut amplius non habeat vocationem) *& inutilem servum ejicite in tenebras exteriores ubi erit fletus, & stridor dentium.* Ecce tibi. Timuisti quia austerus est. 13. Vinea laborat circa te specialiter Deus non labruscas in campo libertatis, sed botros intra maceriam feras, tu tamen labruscas, & placet tibi libertas ecce apud Isai 5. *Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ, auferam sepem ejus* (protectionem meam) *& erit in conculcationem* (etiam ipsis dæmonibus) *& ponam eam desertum, & non putabitur* (non Confessarios bonos, non monitores habebit) *& non fodietur,*

(nemo reprehendet, ſed ibit in
ventionibus ſuis, dabo illi proſpe
ſucceſſus in ruinam illius) *
aſcendent vepres, & ſpinæ,
nubibus mandabo non pluant
per eam imbrem. 14. Audi Paul
Hebr. 6. *Terra ſæpe venientem*
per ſe imbrem bibens & profer
ſpinas & tribulos (Ipſemet Chri
per ſpinas intellexit divitiarum an
rem) *reproba eſt & maledicto p*
xima cujus conſummatio erit in co
buſtionem. 15. Sed juvat ipſum Rom
decretum expendere. *Cùm cognoſ*
ſent Deum, non ut Deum glorifica
runt (id eſt non ad eam ſanctitat
enixi) *aut gratias egerunt, ſed eva*
nuerunt in cogitationibus ſuis (hon
res pro obedientia, divitias pro pa
pertate religioſa, & alias vanitates a
fectandi) *& obſcuratum eſt inſi*
ens cor eorum, dicentes enim ſe ſ
pie.

es, *stulti facti sunt*, &c. *Quia* *mutaverunt veritatem in menda-* (nam, nemo potest duobus nis servire &c. *Si vis esse perfe-* *vade vende omnia, & sequere* *Qui vult esse amicus hujus mun-* *micus constituitur Dei) & co-* *nt, & servierunt potiùs Crea-* *quàm Creatori qui est benedi-* *n sæcula*, (Parentum dissvasio , amicorum, familiæ &c.) *terea tradidit Deus illos in pas-* *ignominiæ &c. tradidit illos* *in reprobum sensum, ut faciant* *æ non conveniunt. Repletos* *iniquitate, malitiâ, fornicatio-* *varitiâ, nequitiâ, plenos invidiâ,* *cidiis, contentione, dolo, mali-* *te, susurrones, detractores, Deo* *iles, contumeliosos, superbos, ela.* *inventores malorum, parentibus* *obedientes, insipientes, incom-*

posi-

Pofitos, fine affectione, absque *re, fine mifericordia* (Et vide quem nofti qui vocationi ver parũit, aut eam deferuit quale Apoftatæ, fi non funt tales) p les omnia fcelera in mundum 16. Sed habe ex fcriptura unu terumque exemplum in repr fenfum dati hominis. Cainun ipfe ore fuo arguit de peccato more membrorum percutit, modis, 100. annos dat pro pœ tia, non ille curat. Viderunt ho Enoch in paradifum dum fer audiêrunt monita Noëmi, vi ad arcam concurfum omnium malium, quæ pœnitentia? F vidit aquam in fangvinem grandines, mufcas, tenebras & ne converfus? Saul pridiè quàn ceretur vidit Samuelem à m excitatum, & fibi dicentem *cr*

ii tui mecum eritis, quid fa-
: Joram Rex, ad hunc Elias
no anno à translatione ad pa-
um literas dedit, & eas agnovit,
terribilia in illis &c. *Ægrota-
essimo langvore uteri tui &c.
tiet te DEus plagâ magnâ cum
lo & filiis tuis, vidit* hoc veri-
i, regiam ab Arabibus, & Ma-
itis diripi &c. Nil tamen effe-
i. Judæ ad pedes Christus se ab-
, lavit, osculatus, corpus suum
t, monuit. *Væ per quem filius
inis proditur*, ostendit se scire il-
, *qui mecum tingit manum in pa-
ide*, &c. Nihil profectum. Ecce
est tradi in reprobum sensum.
hec tandem subitâ vel pessimâ
rte pereāt, ut Pharao in mari mer-
Judas suspensus totus orbis dilu-
submersus, *Saul* à seipso occisus,
ta in æternum damnati. 17. *Sæpè*
etiam

etiam ſubitò moriuntur qui in
ctum negligunt etiamſi ſolum
jus rei Lancic. opuſc. de rect.
habet exempla plura quàm 10)
rant ita Bern. ep.108. de quodam
pit induciari & ita paulatim
geſcere donec ſubitâ horrendâ
præreptus factus eſt de medio
laris, & prævaricator, & dup
lius Gehennæ. 13. Apud S. An
num 3. p. 24. tit. c. 9. § apparui
cuidam monenti Chriſtus &
Vocavi, & renuiſti ideò vade ad
nas inferni. Quia Ber. ep. 108. *D*
re eſt injuria Dei, diſcordiæ ſen
rium, iræ fomes, nutrimentum
ſtaſiæ. 18. Etiamne Sancti
pro talibus, Deus inhibet Je
Hæc dicit Dominus, locutus ſu
vos manè conſurgens, & loquen
non audiſtis, & vocavi vos, &
reſpondiſtis, projiciam vos à

sicut projeci omnes fratres ve- (Gentiles) *tu ergo noli orare* *populo hoc.* 19. Specialiter ea immittit, quæ magis hominem fusura, & afflictura & quasi ea git pro talibus. Isai. 66. *Quæ ti-* *ant adducam eis, quia vocavi, &* *erat qui responderet, locutus sum* *non audierunt, feceruntque ma-* *in oculis meis, & quæ nolui ele-* *unt:* cogita, quæ maximè ti-, ea in te Deus non solùm permit- sed planè inducet. 20. Dignita- is terreris, spoliat. 1. Reg. 15. *Quia* *ieciſti sermonem Domini, proje-* *te Dominus ne sis Rex super I-* *el.* Unde Sophon. c. 3. *Væ provo-* *rix, & redempta civitas non au-* *it vocem, & non suscepit discipli-* *n, in Domino non est confisa, ad* *um suum non appropinquavit.* *ia* non audivit vocem Domini,

hinc

hinc secutum, non suscepit disci-
nam, Spiritus S. desiit eam doce-
non est confisa in Deo, auxilii sul-
ctio secuta. Atqui inquies, co-
hæc non præcepta? Ita. Sed
consilio periti viarum non p-
nies ad terminum, si sis viæ im-
tus, & in latrones, in pericula,
incides. At hic solùm consilium
Sed sine consilio medici non sa-
ris, si æger es. 21. Sæpe ea con-
iratus, quæ negaret Deus si esse-
catus. 22. Sicut tuæ vitæ non
initium Deus, ita nec succes-
23. Hoc est signum prædestinati-
vel reprobationis. Nam ait Ch-
Oves meæ vocem meam audiun-
Joan. 8. *Qui ex Deo est verba D-*
dit. Audire autem est non spe-
tivè, sed practicè advertere.
omnes, qui habent auxilium in-
cax cum quo non salvantur, v-

udiunt, sed non applicant sibi, ulti Concionatores, qui alias Dei docent, ipsi in peccatis ma-, libros spirituales scribunt, con-dant, sed ipsi non moventur. cribæ & Pharisæi, qui tribus is ex S. Scriptura demonstrârunt m nati Messiæ ipsi non credide- licet indicarent Scripturæ esse endum, & hanc quam legebant Scripturam, & Magos debere illi ere sed ipsi quasi præcisive se ha- ant, vel si moventur, & ipsi uti ti vitiosi Concionatores, tum us est tanquam alicujus arboris to agitatæ, quæ nihilominùs loco movetur, vel quia sola passio citatur, vel quia simul amor ma- efficax eorum, quæ retrahunt à meliore, licet dum hic est motus, amor actu non exerceatur, & si illo impetu motûs obruatur, sicut

ſicut arundo vento impulſa, de
tamen reſurgit, & prævalet; &
ſunt auxilia ſufficientia, quæ n
ni ſaltem remotè, denegantur, i
inexcuſabilis ſit; ita & veteres
loſophi DEum cognoſcebant,
ut Deum glorificabant, ſic & n
multi agnoſcunt ſuam tepidita
& ſe in vitiis hærere, & propo
emendare, ſed quaſi ſpeculativè
vel non ſtatim admovent ma
operi, & poſtea omnium oblivi
tur, vel aliæ curæ ſuperveniun
illas ſcintillas ſuffocant, & ſic vi
in iisdem peccatis. Sic multi g
peccatores ubi peccârunt eunde
bitum cogitant. Quidſi hâc no
peccatis morerentur? nec ta
actum doloris eliciunt, & obd
unt. Hoc eſt. Vocationem ſu
entem habere, dum inter res ſ
diſtrahuntur, reflectunt ſe & v

alè agere,nec tamen cessant se
ahere; sic cùm se comunt, ve-
it, inebriant, vident reflexè se
e in peccatum labi, vel alium al-
e, sed hæc vident veluti in specu-
quo dum quis abit obliviscitur
em viderit in eo vultum suũ, sed
pergunt in malis, & periculis
cogitandis quod possunt facere,
Deus gratiam efficacem eis de-
t, vel quia statim rationes sæcu-
s, & politiæ eis in contrarium
urrunt, v. g. debere hoc esse inter
nines &c. Vel præsumptio de Dei
ericordia, Deum adhuc misertu-
n, parsurum, nam dæmon pluri-
s decipit misericordiam Dei sine
itia repræsentando, cùm utrum-
e debeant cogitare, & sicut dum
gratia efficax homo obliviscitur
pectuum, & rationum humana-
m, uti Magdalena cùm in domum
Phari-

Pharisæi irruit lotura Christo pe
vel si eæ occurrant speculativè
currunt; ita in gratia suffici
obliviscitur divinarum tum
agendum est, vel speculativè re
datur, & in sola apprehensione
manarum hæret, quia sicut in
tia efficaci illa bona cogitatio c
per se habet se, & infixa est. alia
tem solùm colla feraliter allabu
velut lapides supra galeam & no
hærent, sicut res ad nos non spec
tes audimus, ut si moreretur Ja
aliquis, ita in gratia sufficienti n
dana cogitatio, alia autem simu
ficiunt ut mors amici cognita p
adhæret, bonæ autem cogitati
allabuntur & resiliunt. Sed quis
facit ut hæc infixa sit, aliæ au
resiliant? Quidquid est magn
arcanum est, & quod circa nos
experimur, & si nescimus, quo
do

it, scimus tamen justè hæc fieri. Illud severitatis plenissimum, aliquibus in majorem eorum nationem dat lumen & instin- quæ videt illos non usuros. Sic on. ait l. 1. Comm. in Matth. 2. dæis, ordinavit Deus ut inter- rent Magi de loco Nativitatis sti. *Deferuntur autem Magi rio stellæ in Judæam, ut Sacer- s à Magis interrogati ubi Chri- nasceretur inexcusabiles fierent ssentu ejus.* Quàm lubrica salu- ostræ via ? de Judæis autem fa- n cùm nollent sapientiâ uti divi- factum est quod Ezech. 21. *Dabo n manus hominum insipientium, fabricantium. igni eris cibus.*

LILOQVIUM SEXAGESIM. SEXTUM.

uid est esse in gratia Dei?

PUNCTUM I.

SAncti Veteris testamenti eo- dem

dem ferè modo desiderabant
tiam sanctificantem seu Justit
quo ipsius Adventum Messiæ. I
Rorate cœli &c. Justitiæ or
ideoq; statimBeatissimæVirgin
quam desideratissimum titulum
Angelus. *Gratiâ plena.* Titulos
tiæ dat summos scriptura. *S*
claudorum, Fluvii pacis, aurum
ære, ædificatio desertorum, Fu
menta sapphyrina, cæli novi
3. Hanc ne amitterent Martyres
ta passi, ut augerent, Eremitt
tum egerunt. 4. Eam ut in alic
duceret, quanta fecerunt Apo
& alii viri zelosi. Ut Paulus c
verit perire dummodo alii eam h
rent, & propterea ut ait S. Chry
hom. de laud. Pauli. *Ea pass*
mente quæ Job in corpore. 5. S
unum gradum gratiæ acquirat
cator, *gaudium* habent in *cœlo*

ngeli. Luc 15. Imò Christus ipse,
uam Pastor si ovem perditam
niat, tanquã mulier quæ drach-
n recuperavit: *Congratulamini*
inveni drachmam meam. Vel
Parens si ejus filius in omnia
ra projectus resipiscere incipiat.
audent Angeli sicut si cui frater
iatur, & denuò ad vitam redeat,
tui sunt eis Fratres alii Angeli, in
um locum succedit homo in gra-
positus. 7. Ita gaudent sicut sub-
cum eorum Regi charissimo na-
ır Filius, *dedit eis potestatem fi-*
Dei fieri. 8. Propter hoc ut con-
ent homines in gratia vel ad eam
ucant, totâ vitâ in custodes illis
i. 9. Christus Dominus non solùm
ad talem hominem festinat, sed
rem secum ad eum ducit & apud
n *mansionem* facit. 10. Dæmon ut
nnobis eripiat *tanquam Leo circuit*
cte, dieq;, & porcorum & canum
 figuram

figuram assumit ut minimum augmentum impediat orantem distrahendo.

PUNCTUM II.

1. OMnia quæ fecit Deus, pro gratiam aut augendam retinendam fecit, tanquam med adjumenta, omnia enim impel ad DEum amandum. 2. Qua homo perdidit gratiam, Deus Fil destinavit ut eam morte suâ rec raret, hic Filius autem tanto ar tempus ejus restaurando præfini expectabat, ut in meris Figuris signaret, & diceret *quomodo com donec veniat*: Unde per qua millia annorum videbat se mac in victimis, in thure adoleri. 3. tum mundū uno verbo fecit, *n dabit & creata sunt.* Gratiam in gvine, sudore, Cruce. 4. Usq; a fi nem mundi vult descendere in

um consecrantur, in ora homi-
ingredi: Idque non rogatus.
Apostolis deprædicantibus præ-
am gratiæ fides haberetur, in-
ra miracula fecit, & ita eos qua-
git prædicare, ut unus dicat,
ibi est si non prædicavero. 6. Ut
t eam Deus, in aliquo doloris
atientiæ actus excitando, per-
mundum, regna perire, per
pestes &c. quasi sit margarita
uâ inventâ omnia sua pro illa
dedit. 7. Melior est gratiæ gra-
quem peccator acquirit, quàm
m, terra, anima hominis &c.
44. *Miserationes ejus super*
a opera ejus. Aug. tr. 72. in Joan.
us esse (ex peccato ad gratiam
re) quàm est cœlum & terra, &
cunq; cernuntur in cœlo & in
a. 8. Sicut quando sol aquam il-
at, in ea alter sol apparet, ita in

anima gratiam habente, Deus
formes efficimur *imaginis Fili*
9. S. Th. 1. 2. q. 113. a. 9. *Maj*
opus justificatio impii, quàm c
cæli & terræ. Et, *bonum g*
unius, majus est, quàm bonum
ræ totius universi. Aug. 15. de
10. *etiam omnes Angelos supe*
ditur. O homo hanc tu pro u
luptatula in lutum abjicis!
hoc est, quàm totius mundi au
quàm omnia membra & sensu
dere, quàm animam annihilar
tamen hæc negligitur ob unu
spectum humanum! quodsi c
bus totius mundi rebus meli
anima. At Eccl. 16. *Meli*
unus vir timens Deum, quàm
Filii impij.

PUNCTUM III.

1. SEraphim nobiliores sunt
bricis, at multo his nobili

gradus gratiæ, ita ut Angeli na-
n suam deponerent& omnes
mutarent cum homine miser-
gratiæ gradum unicum haben-
2. Mallent gloriâ cœlesti etiam
mâ carere Sancti quàm unico
u gratiæ nam S. Th l.c. docet,
m gratiæ justificantis impium,
is esse, quàm donum gloriæ bea-
ntis justum. Quia gratia es-
a est, quàm gloria velut proprie-
onsequitur. Creatum deside-
i satiat gloria, at gratia infini-
Dei gustum explet. Gloria no-
m bonum, gratia Deum oblectat:
gloriâ caret, non ideò malus, at
caret gratiâ, vilissimus. 3. Eo
itu quòd Christus assumpsit
nem nostram Angeli volunt esse
servi nostri velut homines vocari.
n. 9. *Vir Gabriel*, eos *judicabi-*
s: Et tamen hoc est modicum re-

 spectu

ſpectu gratiæ, quia cum hoc p
poſſumus. 4. Magna eſt in Eu
riſtia beneficium, in qua non ja
Angeli Chriſtum aſpicimus, ſe
tra nos ſumimus, & tamen illud
pter gratiam augendam datum
iamſi à multis indignè ſciebat
ctandum. 5. Aug lib. de Vir
Materna propinquitas nihil M
profuisſet, niſi felicius Chriſtum
de quàm carne geſtâſſet: Qui
Maternitatem communicavit
gvinem; per gratiam divinita
Quid ſi aliquis in utero Virginis
ſtum occidiſſet quàm malus ill
Maternitate ſpoliâſſet: Tu p
qui te gratiâ.

PUNCTUM IV.

1. PEccatum eſt fere infinitæ m
tiæ, & quod æternis ignibus ex
uri non poteſt, hæc peccata ſi om
eſſent ſimul unus gradus gratia

penitus: 2. Docent multi quod
per omnem Deus potentiam
sit unum gratiæ gradum cum
cato componere. 3. Sine hac vi-
animæ non recuperabis. , Vi-
etiam vilissimæ res meliores sunt
m inanimes, ut musca quàm sol,
docet Aug. 11. Civit. 16. sed ani-
vita est *gratia* quâ justus vivit
ipsum Deum, ut Paulus *Vivo ego*
non ego sed *vivit in me Christus.*
Anima in gratia est imago Dei, sed
a, idq; eâdem vitâ cum Deo vivens.
peccas cadaver es, omni cadavere
trius, quod ipsum Spiritum S con-
stet. 6. Tam pulchram animam
ddit gratia ut si eam homo videret,
r ejus rumperetur præ gaudio ut
cit S. Brig. 2. Revel. 18. S. Cath.
nen. quia eam viderat semel,
estigia lambebat eorum qui ad gra-
am acquirendam juvabant. Imò

Chrysost. hom. 1. Ephes. *Angeli*
Archangeli vehementer affec
eam gratiam, aspicere; imò De
lius propter eam *delicias* habeat
cum filiis hominum & Ps. 44. *Co*
piscet Rex decorem tuum quon
ipse est Dominus Deus tuus. E
quatenus est Deus non solùm de
ret, sed planè concupiscat. 7
tam pulchra est anima per gra
ut Isai 62. *Eris* anima *corona*
chritudinis in manu Domini, &
dema regni in manu Dei tui. 8.
etiam crine *vulnerat cor* Dei. 9
terribilis castrorum acies ordi
omnipotentem rapiat ad amo
sui, ut se illi amandæ dedat. *A*
te oculos tuos à me quia ipsi me av
re fecerunt. Ut Dion. div. n
c. 4. *extra seipsum fiat* & certè
lùm ut gratiam animæ acquir
omnia fecit & factus est, quid no

[...] anima conspectâ? *Fortis ut* [...] *dilectio, Lampades ejus, lampa*[...]*gnis Exod. 20. Deus fortis ze*[...] 10. Amicos Dei facit. O Do[...] *quid est homo quod memor es*[...]! ergo anima est amica Dei! er[...] thesaurus Dei? Eccl. 6. *qui in*[...]*rit amicum fidelem, invenit the*[...]*um.* Sed *ubi thesaurus tuus, ibi* [...]*or tuum* ergo in tali anima, cor [...] Dei. *Amicus fidelis medicamen*[...]*vitæ*, non pœnitebit Deum etiam [...]m pro eo profudisse *Greg. in* [...] 15. *O mira Dei bonitatis digna*[...] *servi Dei digni non sumus, &* [...]*ci vocamur* : Hoc certè non est [...] naturam quâ omnia Deo ser[...]nt. Sed quæ æqualitas pro ami[...]a? Hier. in Mich. 7. *Amicitia* [...] *invenit pares, aut facit*; Jona[...]*s expoliavit se tunicâ quâ indu*[...] *erat & dedit eam David* amico

 suo,

ſuo, *& reliqua veſtimenta ſua*
ad gladium. Communicat ergo
creta Deus ut amico Gen. 18. *N*
celare potero Abraham quæ geſtu
ſum? Et velut amicus *tactus do*
cordis intrinſecus declamarent p
cata Sodomorum, coram an
Abrahamo dolorẽ effundit. 11. *Sp*
ſas Dei gratia fecit Iſai 62. *Gaud*
ſponſus ſuper ſponſam, & gaud
ſuper te Deus tuus. Quomodo
ita hic. Quodſi propter ſponſam
mittet homo Patrem ſuum &
trem ſuam? Ornat eam ut non
beat *maculam* aut *rugam*: Nihi
negat. *Quæ eſt petitio tua ut d*
tibi & quidvis fieri etiamſi dimid
partem regni mei, impetrabis?
nilia? Habebis Iſai 61. & de hi
Agnes gloriabatur. Inſtruction
Iſai 48. *Ego Dominus Deus tuus do-*
cens te utilia, gubernans te in via
an-

las nutrit & foveam eam. Vis
ia bona? 1. Cor. 3. *Omnia ve-*
ſunt: Vos autem Chriſti. Vindi-
Mihi vindictam & ego retri-
n? Idq; promptius quàm ſi mi-
pſi illata eſſet. Non ſeparabit
ſe niſi tuam animam occideris,
anc ne ipſe Deus occidere poteſt,
ſolus tu. 12. Magis unit Gratia
m Matrimonium, quia in eo non
t omnia Sponſi, ut dos &c. hîc
tiâ Dei ſum id quod ſum. 13. Ma-
quàm Chriſtus unitus cum tota
cleſia, quia in ea non omnia mem-
a influxum ſponſi percipiunt,
m ſint quædam mortua. Hîc
nedic anima Domino & omnia
æ intra me ſunt nomini ſancto ejus.
. Per gratiam efficimur filii Dei.
on ſolum jam ab ultimi ſupplicii
tu exempti. *Si filii & hæredes,*
t cujus hæredes? *Dei* quanti. Hæ-

redes? *Cohæredes Chriſti.* Si D
moreretur, juſtus hæreditaret:
natura Dei in aliquem transferri p
ſet, certè in juſtum: Imò defa
juſti *ſi quis loquitur quaſi ſermo*
Dei ſi quis adminiſtrat virtutem q
ſi virtutem quam adminiſtrat D
Filii autem *voluntariè geniti ve*
veritatis, non eſt hic adoptio hu
na quæ in ſola opinione conſiſ
Quos Deus adoptat, regenerat ut
nova creatura. 15. Plus quàm f
Filio ſolùm datur pars ſuperflui ſ
gvinis & diſpoſitio ut animetur, D
naturam ſuam & Spiritum ſu
largitur, *ut ex Deo nati* ſimus Jo
1. ut ſimus *principium* ſeu princi
les *Creaturæ ejus.* Homo non
luntariè generat quem vult, Deus
Si adoptat homo facit neceſſit
aliquâ, Deus nobis non eguit: H
mo dignos, Deus ex indignis faci

gnos : Et educar illos *pane cœ-*
*l*it fint non qualescunque sed
rmes imagini filii ejus. 16. Tem-
Dei gratia efficit. 1. Cor. 6. ut
Spiritus S. in homine speciali
o habitet. Matth. 10. *Spiritus*
is vestri qui loquitur in vobis.
el Deus *misit* Filium ut in carne
taret, hîc sæpe : In Eucharistia
it sæpe, sed non diu manet Filius:
gratiam Spiritus S. quamdiu ve-
t non solus manet, sed tota S. S.
itas. Aug. *Deus Trinitas, Pater*
Filius & Spiritus S. veniunt ad
dum venimus ad eos. Quid eos
it! gratia. Et tamen dum ita
t in nobis, solium illud per venia-
eccatum conspuimus, evertimus.
uti si Christum D. cum præsepi
erram dejiceremus. Et per gra-
m venit Deus &c. 1. Joan. 1. *Ut*
ietas nostra sit cum Patre & cum
Filio

Filio ejus Jesu Christo, non ut d
netur nobis. Quid est esse soc
expende.

PUNCTUM V.

GRatia facit idem cum D
Cor. 6. *Qui adhæret Do*
unus spiritus est. Quia eodem
ritu vivis, id est Spiritu S. & ita
unum, *Sicut Pater in Filio*, e
lius est in Patre: si ita. Ergo si r
mine justo non putat Deus se
dammodo habere completam
perfectionem: ergo Pater sibi
sto ut in Filio complacet, Filius
Fratre, Spiritus S. ut in objecto
to. Unde meritò Ps. 81. *Ego di.*
estis. Hoc solùm nomen suffic
primere hanc dignitatem quod
nam. Inter homines cùm c
donent Reges, nomen sibi Reg
tinent, Deus etiam illud comm
cat. 2. Communicat Justis domi

nnia, quia sunt sponsæ, quia ami-
uia filii, quia excellentiores aliis
s, natura autem subjicit excel-
oribus viliora, quia propter gra-
consequendam facta omnia,
victor est mundi justus, 3. Com-
nicat omnes virtutes supernatu-
s, at nos non exercemus illas, ve-
si dives omnium, fame tamen
riatur. Difficultas? Non vis quia
cile est scribere, tibi subscribere
retum vitæ æternæ, non vis ma-
n movere ad obsequium tanti Re-
? 4. Septem dona Spiritûs S. ad
randa specialia pro Dei gloria, ut
dentia & consilium ad abducen-
s homines à peccatis, fortitudo ad
ntemnendum mundum, & sine his
ædam graviores tentationes non
ncerentur, actus beatitudinum fi-
nt. Præstantissimo artifici si ma-
um resecares, quo odio dignus es-
ses?

ſes ? hæc dona ſunt manus Spirit
quæ perdis.5.Immutat homines(
tia in alios , ut patet in Baptiz
Philip. 4. *Omnia poſſum in eo qu*
confortat. 6. Auxilia actualia at
hit. 7. Plures Angeli ſerviunt
Apoc.pro muliere ornata ſole gr
adverſus draconem decertant, B
ſerm. 39. inCant. talis anima *A*
licis fulta miniſteriis & ſuperno
pata agmine inſedit. Orig. in Pſ
hom. 4. *Nunquam ſolus eſt juſtus*
ne unius quidem aut duorum vel
um Angelorum ſocietate ſubnixu
ſed exercitus ei virtutum cœleſ
præſtò eſt. Nam unum etiam
habent. Quia gratiâ magis delec
tur quàm totius mundi conſpect
fortaſſe præcipui. Cogita hìc ſi
geret Rex ita oviculam ut Princ
juberet eam paſcere ? 8. Dat va-
rem operibus juſti ut ſint condi

æternæ, & quia Greg. 22. Moral.
eo opera placent propter homi-
antus est homo justus ut in tan-
opera sua dignificet. Ideoque
sse quo quis in majori gratia
er eodem opere plus meretur,
magis dignus, 9. Habet Justus
munionem cum Sanctis, quia eo-
spiritu vivit cum illis, unde quod
eest de ipsis sumit, & imò insitus
Christo tanquam vitis palmiti.
Temporalia adduntur justo.
. 12. *Quærite primum regnum*
& justitiam ejus, & hæc omnia
tientur vobis; imò sociis tantùm
orum est felix ut Labanus pro-
Jacobum. 11. Dat beatitudinem
uralem melius quàm opes, hono.
sanitas, scientia, Ps. *Beatus po-*
us cujus Dominus Deus ipsius. Si
num vis gratia dat. Luc. 17. *Re-*
um Dei intra vos est. Est *pax*,
Philip.

Philip. 4. *Quæ exuperat omnem* [...]
sum est gaudium in Spiritu S. 12. [...]
tia pax animæ. Est consolatio [...]
lè Justi preces exaudiantur cum [...]
impletione desideriorũ favore [...]
ciales, protectio major. Vid[...]
ra Soliloq. *Vnio justi cum Deo.*

SOLILOQVIUM SEXAGE[SI]MUM SEPTIMUM.

Amicitia Mundi & D[...]

PUNCTUM I.

1. MUndo nemo unquam sa[...]
cere potest, his videtur p[...]
gus illis parcus; his durus illis [...]
bilis: & interim dum placere [...]
hominibus, servus Dei esse de[...]
2. In mundo totum aut est supe[...]
aut concupiscentia sive avaritia, [...]
concupiscentia oculorum. His [...]
plentur cœlibes, his conjugati, [...]
qui aulas, qui seqvuntur castra.

vitiis menſæ, colloquia ſunt
a. Ex his iræ, detractiones, ra-
, oppreſſiones, injuſtitiæ, con-
ò pullulant. 3. Nullus ſtatus in
do dat quietem cordi, quò quis
o aſpectu delectabilior, eò mi-
r, & periculis magis obnoxius.
n divitiis magna invenitur ege-
: in amicitia infidelitas, in gau-
netus: in honore ſollicitudo, di-
: ſi illis fruaris conſumuntur, ſi
s quid proſunt? poſt mortem
ad quos velles, nec quo-
lo velles perveniunt. 5. Oc-
omia, cura familiæ, quid ex ho-
e relinquunt homini? tot ani-
um curam habes quot numeras
domi. Et qui ſuorum maximè
eſticorum non habet curam, de-
or eſt infideli, & fidem negavit,
omplex efficitur peccatorum,
ictus quotidianus, veſtitus: ne-
a publica, & lites juridicæ quan-
torum

torum occasio peccatorum ! 7.
ximus defectus rerum spirituali
etsi bene egeris, vexatio.

PUNCTUM II.

Nihil stabile in mundo. Per
homines, familiæ, regna, do
rum scripta, opes, domus. 2.
deprimuntur, benè malis succ
virtus persecutionem patitur. N
illo contentus quod habet. Obl
tiones aut fœdæ, aut cum tuo,
cum aliorum damno. Nemo et
quid non desit, qui omnibus pla
3. Totus mundus in maligno est
situs. 4. Spiritum S. mundus
pere non potest. 5. 1. Joan. 6.
diligit mundum non est Charitas Pa
tris in eo. 6. Omnes qui Dei vo
runt esse amici mundum spreve
oderunt, abjecerunt in re, aut v

PUNCTUM III.

Vide ergo an non sit melius
ami

...cum Deo? 1. Quia facillimè ejus ...itia comparatur. 2. Quia illam ...amittes nisi ipse volueris. 3. Si ...eris, statim ac volueris repara... 4. In nullo casu amicum dese... ...eus, Eliæ misit corvum, Ægidio ...um, &c. 5. Nulla suspicio, nul... ...nistra traductio illum à te divel... 6. Præmia hujus amicitiæ & ve...a & certiora. 7. Nihil Deus nisi ...m bonum quærit. 8. Quocunq; ...s, te sequitur. 9. Pro te mortuus ...ori paratus. 10. Ab illo in æter...n te nemo separabit. 11. Plus tibi ...tificari potest quàm ullus alius.

PUNCTUM IV.

COr. 6. *Qui adhæret Deo unus efficitur spiritus cum eo.* Ita... ...e curam illius habet (ut sic loquar) ...us quodammodo ut sui, illum fo..., tuetur, beatificat. *Spiritus*, no...a anima ita amat corpus ut non

videat

videat nisi per illius, non se mo
nisi per illius pedes, non loquatu
si per illius lingvam ; deforme
pus non abjiciat, à langvido non
horreat imò tantò magis illi con
tiatur. Hæc omnia servatâ pro
tione facit Deus.

SOLILOQVIUM SEXAGESIMUM OCTAVUM.

Exempla punitorum, sp nentium vel impedientium v cationes seu instinctus Divinos.

PUNCTUM I.

1. Vit. Patr. c. 5. Repeteba
Monasterio Pontianus ut
suam, servum factum Monach
excæcatus, & non nisi imposit
manuum ejusdem servi san
2. Ambr. l. 1. de Virg. Confugit

[...] altare retrahebat illam qui-
[...]mortuus paulò post. 3. Hier.
[...]7. ad Lætam. Prætextata jussu
[...]i filiam tentavit mutando ei in
[...]lidius omnia: Angelus ei ap-
[...]t in somno. *Tu caput Virgi-*
[...]sa es sacrilegis manibus attre-
[...], jam nunc arescent &c. *Si*
[...]beraris in scelere, & marito
[...]liis orbaberis. Et expleta omnia.
[...] Antonin. 3. p. tit. 24. c. 9. §. 9.
[...]lam ingressum vovit ad ordi-
[...] Franciscanorum: Canonicus
[...]is, intra dies paucos dum mori-
[...]ait, se audisse, *Vocavi & renuisti*
[...] vade ad pœnas inferni. 5. Ibidem
[...]ltero qui differebat ingressum ad
[...]ercienses Christus dixit S. Petro,
[...]um deleret de libro, interventio-
[...]S. Jacobi servatus, bis eandem
[...]onem vidit. 6. Plato lib. 3.
[...]. 38. Volebat Parisiis ingredi
[...]dam ad Franc. differebat, statutus
ante

ante Deum Judicem, petebat *M*
rere Domine audivit *Miſerebor J*
gitata perfeceris. Nihilominu
pœnam dilationis á dæmone i
ctus in ollam ardentis olei. 7 1581
mæ (Ex annuis *S*ocietatis
vovit quidam ingredi ad Societa
ceſſit amicis, intra paucos dies p
8 Eodem anno Cataci, ad Ca
nos ire volens, Matrimonium a
pit, ſeptimo die mortuus. 9. R
Mater extraxit filium ex Novi
*S*ocietatis, morbo ſtatim percuſſ
miſit, & ſanata eſt. 10. Ulisſi
volens ingredi & prius confi
quia ultra ſtatutam diem diſtuli
tra triduum inexpiat9 periit. 11. Q
dam retrahebant Frater & Pa
ſtatim miſerè periêrunt hoc ann
cidit 158. 12. Eodem Herbipoli
rens ingreſſum, in morbum in
reſipuit, & ſanatus. 13. Toloſſæ

Fre

ad avertendum filium à Reli-
.fregit brachium. 14. 1585. Tur-
bis in morbum incidit incon-
bis resipuit, & sanatus. 15. 1586.
ebat parens unum per Judicem,
t & alterum subitò. 16. 1589.
ione quidam spectris fatigatus
: Religionem esset in-
s. 17. 1591. Taurini quidam re-
i proposito, factus latro, & pu-
. 18. Ibat quidam ad Novitia-
mutavit mentem, subitò à quo-
gladio trajectus. Ibidem 18. Do-
ibat jam in Italiam ibi ingres-
, dum experitur equum sæcu-
cogitans, mortuus exclamavit.
Judicia tua Domine. 19, 1592.
poli egressus è Novitiatu, ante
itiatum occisus inexpiatus.
594. Votum ingrediendi sperne-
lapsus è tecto, repetiit votum,
tus; obliviscitur voti, iterum

 delabi-

delabitur, & seriò resipiscit
natus.

PUNCTUM II.

21. REgum 1. Filii Heli quia
hebant homines à sac
dicuntur fecisse malum *Gran*
mis coram Domino, & tamen
est sacrificium, seipsum Deo
quàm bovem, itaque retraher
viùs peccat. 1. Regum 3. *Judica*
mum Heli in æternum &c. Jur
mui Heli quòd non expiabitu
quitas domûs ejus victimis &
ribus usque in æternum. 2. L
tulit Mauritius Imperator ut n
grederentur milites religionem
latum S. Theodoro Siceotæ,
ctum, occisi filii Mauritii ante
ejus, & ipse & multi proceres,
pita publicè exposita. Idem de
bus factum, & tota domo idq
manus militum quos prohibe

ſſi religionis. Surius 3. Martii.
incoalocum Parens à propoſi-
ocabat, terribili tempeſtate ve-
. B. Petrus in Chron. Franciſc.
3. l. 7. c. 18. De quodam qui do-
à Patre ex Monaſterio abdu-
ſtatim cæcus factus, reductus,
aluit. Sed ſupra omnia impre-
Pſ. 34. contra eos *qui abſconde-*
et interitum laquei ſui, volendo
avocare à bono per fraudes.
nde frameam Deus, non tantum
iò extrahe, *confundantur & re-*
ntur: Avertantur retrorſum,
t tanquam pulvis ante faciem
i, fiat via illorum tenebræ ut ne-
nt quò eant, *& lubricum* ut ca-
t ubi ſe moverint, *& angelus*
mini in his miſeriis *perſequens*
.

SOLILOQVIUM SEXAGES NONUM.

Unio justi hominis c Deo.

PUNCTUM I.

1. IUstus est qui gratiam habe ctificantem, hæc unit seu cipare facit hominem naturar vinam. 2. Altus est gradus Ser norum, & his altiores gradatir finiti in ordine naturæ creari sunt, at his omnibus altiùs g effert, quia supra naturam, i Deum participare facit, ut tun bilior sit homo Seraphino, quàr paleâ. 3. Si unica esset anima t per gratiam sublimis quon DEum amare deberet? Quar illam colerent omnes Angeli? A sunt, tàm leviter perdunt! 4. S. T q. 110. a. 2. ad 2. *Quod substant*

l in Deo, accidentaliter fit in participante divinam bonita-. S Hier. Ut quomodo primus conditus est ad imaginem & udinem Dei, sic in secunda re-tione quicunque Spiritum S. utus fuerit, obsignatur eo vel-illo se ei imprimente & figu-onditoris accipiat idque, idem Ego æstimo, sicut Spiritus S. um facit eum cui fuerit infusus, piritus Sapientiæ Sapientem, ita & Spiritus repromissionis piritus Dei Sponsorem & Deum t eum in quo habitat. 6. Hinc istus Christi bonus odor sumus. nduit sicut ferrum ignitum m. Quocirca tam altè ti, ut Deus vivere debemus. 8. Dei ra est, Exod. 3. Ego sum qui sum, 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id d sum. Nam homo ex se dicit

Ps. 38. *Substantia mea tanqua hilum ante te, verùm tamen un vanitas omnis homo vivens.* Isa *Omnes gentes quasi non sint si coram eo, & quasi nihilum rep sunt ei.* S. Th. 1. 2. q. 110. a. 2 *homines per gratiam in nov constituuntur ex nihilo.* 9. Da tia tale esse quòd vocatur glor cut Filius est splendor gloriæ, paterni esse. Eph. *In laudet riæ gratiæ suæ*, quod vocatu los. 1. *Regnum Filii dilectionis* ut sit esse tam eminens ut R suo regno, sicut Dei esse emi omnia continet; ita gratia naturam, ut respectu ejus omr hil sint Eccl. 25. *Timor Dei omnia se superposuit*, at grati tinet timorem & alia plurima. men Dei in anima ponit, quia men continet omnia quæ in sunt.

PUNCTUM II.

it Dei essentia exigit gloriam,
gratia est pondus gloriæ juxta
nobis tribuitur gloria 1. Joan.
niles ei erimus quoniam videbi-
um sicuti est. 3. Deus est beatus.
Beatus vir qui non abiit in con-
mpiorum, eâdem beatitudine,
iisdem Dei bonis fruetur. 4. Nec
is cera ceræ, aut æs auro liqua-
fusum, aut aqua vino, cibus
ducanti, membrum capiti, sur-
s insitus arbori, spiritus corpori,
ignis unitur quàm anima Deo
ucharistia per gratiam. 5. *Vt*
m sint ait Joan. de justis, non qua-
ura unita, sed unum è pluribus.
ta, sicut Pater in Filio, & Filius in
re est. Sic autem in se mutuò
t sacrosanctæ personæ, ut altera
ram ornet, ejusque perfectionem
npleat. Atque hoc non solùm ra-

tione naturæ, voluntatis, & o
tionis communis, ſed etiam p
nalis proprietatis ſine confuſio
diſtinctione ſervatâ. Jam verò
mo juſtus ita eſt una in Deo Pa
Filio, ſicut alter eorũ eſt in altero
quitur ut exiſtiment ſuæ digni
aliquid ab eo ſplendoris externi
dere, neque ſine eo completam
que ſuam certo modo perfectio
Ita certè Pater æternus ad ſuam
ternitatem etiam hunc ſibi filium
ſumere dignatur, etiam hunc ſu
cunditatis fructum proferre,
etiam ſuæ Bonitatis ſigillum pr
nere, hunc etiam ſuæ Gloriæ ra
& ſplendorem oſtendere & iſto
que nomine agnoſci vult. Unig
tus autem hunc ſibi Parentem
cupat in Evangelio, & ut perfect
liber vitæ hujus nomen continet
ex ore Dei procedit niſi cum am

gnitione illius. Ipse Spiritus S.
nior vult esse Patris ac Filii ut
n sit hominis Justi, sic ambos
ingere ut etiam istum jungat
lexu.sic apparere vult digitus Dei
n sit etiam absque hoc annulo
z. sic esse donum Dei ut non ca-
hâc ubertate. Vide Soliloqu.
l est esse in gratia Dei.

LILOQVIUM SEPTUAGE-
SIMUM.

Saeculi Contemptus.

PUNCTUM I.

N lege veteri per opes salvaban-
ur,& bona terrae benedictio erāt,
n Christus viam invenit. *Beati
peres, vade vende omnia, quae ha-
&c.* Unde qui temporalia appe-
legem veterem appetit. Bern.
rum placet placeant & Judaei.
Luc. 14. *Nisi quis renunciaverit*

omnibus quæ possidet, non [p]*o-*
meus esse discipulus. 3. Tam di[ffici-]
le salvari retinentem sua sicut c[ame-]
lum per foramen acûs transire, [1.]
Tim. 6. Solum velle fieri divite[s]
incidere in laqueum diaboli. 4. [I-]
Si divites salventur pauperum i[d ha-]
bent dono. *Facite vobis amic[os de]*
mammona iniquitatis, ut cùm [defe-]
ceritis recipiant vos in æterna t[aber-]
nacula. 5. Nemo ad statum E[ccle-]
siasticum admittitur nisi renun[tiave-]
rit divitiis, dicunt enim Cleric[i cùm]
ordinantur. *Dominus pars ha[eredi-]*
tatis meæ. Bern. *Itaque Clerici [si]*
habuerit quidpiam præter Dom[inum,]
pars ejus non erit Dominus, v.[g.]
aurum, si argentum, si possession[es,]
variam supellectilem cum istis [pars]
ejus fieri Dominus non dign[atur.]
6. *Qui voluerit esse amicus [hujus]*
mundi, inimicus constituitur De[i.]

[su-]

s diligit mundum charitas Pa-
tion est in eo. Hæc Dei ipsius ver-
, Quos præscivit & prædestina-
nformes fieri imaginis Filii sui,
Deus eos salvat, & illi sunt præ-
nati, qui similes Christo. Ille *non*
it ubi caput reclinaret. 8. Job 21.
unt in bonis dies suos, & in pun-
escendunt in inferos. Ratio non
tur, nisi quia *ducunt in bonis dies*
sicut Epulonis damnationis ra-
ota est. *Epulabatur splendidè.*
uvenis qui volebat Christo ag-
gari, etiamsi omnia servavit præ-
a, quia tamen nolebat sua defe-
, à Christo rejectus. 10. Qui in
ndo bona habent, vix in alia vita
eniunt dictum diviti. *Recepisti*
a in vita tua. Bern. *Hæccine cru-*
uum causa tota quòd in hoc seculo
eperit bona? Ipsa planè.

PUNCTUM II.

SAncti Patres Clericos ajunt ire ad cœlum: sæculares nata religiosos ponte. Hinc quia majorem esse artem in sæculo vari: fateor; & ajo: majorem fluvios rapidos natatu superare, ferant naves & pontem, majo esse sine lorica præliari, & sine dio hostem armatum aggredi, cibo vivere &c. fecerint illi. 2. cto Anselmo ostensus totus mu per modum fluvii fœtidi volv sordes, quibus se homines ingurg bant, volutabant, &c. 3. *Ang porta cœli.* Ergo sarcinæ sumen 4. *Nemo manum mittens ad trum, & retro respiciens est a regno Dei.* 5. Quidquid est in m do aut *concupiscentia carnis*, *concupiscentia oculorum*, *aut su bia vitæ.* Totus mundus *in mal*

pos

us. Ecce sæcularium laus, ecce
oni. 6. Bernardo sic ostensus
dus, ait ille. *Vidi ego aliquan-*
uinque viros, quidni phrene-
arbitrer. Primus siquidem
is tumentibus marinam ma-
bat arenam. Secundus sul-
o adstans lacui teterrimum
issimumq; gestiebat haurire
orem. Tertius fornaci in-
ans vehementer accensæ
antes scintillas bianti-
excipere faucibus ge-
bat. Quartus supra pinnacu-
templi residens levioris auræ
itum aperto trahebat ore, &
uo minus influere videretur
bello sibi ventum ciebat, acsi

totum

totum speraret aërem deglu
Quintus seorsim positus ric
cæteros, & ipse proprias ca
sugere laborabat, nunc mang
causam quæsito quia ubiq; fa

PUNCTUM III.

Miseriæ sæcularium. 1. Perp
sollicitudo de fortunæ con
tia. 2. Tot furtis famulorum
petitur, tot aliorum insidiis in
& honore. 3. Non est ad mar
cui credat sicut sibi, quem cons
à quo dirigatur, qui illi verit
aperiat. 4. Venit punctum m
ad terrena tota cogitatio abduc
& dolor *quæ collegisti cujus e*
hæc. 5. Omnes spem vitæ long
faciunt, & cogitationes ætern
differunt, donec auferant. 6.
ad manum erit sacerdos. 7. U
fletu suo cor lancinat, & prole

tis : Ecce talis commoditas de
atis cogitandi, & dolorem ſe-
n excitandi. 8. Quiſque ſuum
um conſiderat, quomodo ſe in
mentum imponat eoq; magis
atur, & vel voluptates memorat
teritas &c. 9. Poſt mortem nul-
ſt qui orat, ipſi teſtamentarii, in
ula plane executiones differunt,
alias neceſſitates inveniunt, in
s magis ſe utiliter expendere pe-
ias, quàm pro anima tua fingant.
Plane videtur caſu & fortunâ ſal-
i ſæcularem, non ex arte & pro-
ito. 11. Examen Judicis rigidum
io danda de ſe, uxore, filiis, fami-
ſubditis, de minimo nummo ac-
ſito & expenſo, de conſiliis, con-
ſibus, colloquiis, de propria vo-
ntate. De qua Bern. *Ceſſet pro-
ia voluntas. & infernus non erit*,
hoc bene factum an potuerit me-
lius,

tius, an aliquid aliud erat facien-
an omittendum, an poterat
Christum, maluit mundum. 12.
omnia cessant in Religioso, à
non aliud, non melius DEus vul
quod jubetur. *S.* Greg. hom. 2
Evang. *judicat eum qui peccavit*
tra Christum debere ingredi
gionem.

PUNCTUM IV.

SAcerdotum etiam sæcularium
status altior, habet tamen su
ricula. 1. Quia sæpe ex avaritia,
otii amore eum statum arripi
Oseæ 8. *Ipsi regnaverunt,*
non ex me Principes extiterunt
& non vocavi eos. 2. Curato
onus Bernard. explicat ad Ose
Populi peccata comedes sollic
esto tanquam rationem reddi
rus pro eis, id est populo, gemi
fn-

ere, dignos agere, poeniten-
uctus, alioquin tibi noveris
putanda quæ modò inter de-
comedis, & parvipendis, &
nulas tanquam nihil attin-
ia tibi; audietur populorum
ela gravis, accusatio dura,
um vixêre stipendiis non di-
e peccata, quibus facti sunt
s coeci, fraudulenti media-
s. 3. Affines & cognati veluti
visugæ se applicant, ut animam
exsugant & occidant. *Inimici*
inis domestici ejus. 4. Mirum est
e occasio & causa sceleris poni-
Fur erat loculos habens, etsi erat
erdos. Cypr. de Orat. Domin.
n potest esse cum Christo, qui
itator esse maluit Judæ quàm
Chri-

Christi. 5. Multis revelation
& sensu Patrum constat Reli
per ingressum dimitti omnia pe
prioris vitæ, veluti per Baptisi
quod non habet Clericatus. 6.
giosus status æquiparatur mar
& gloriam ejus obtinet. Ipse
stus ait in die judicii Religioso
velut reos; sed veluti judices ali
mentibus sessuros. 7. Terribil
Bern. *Defuisti partibus tuis* (
dum alloquitur Sacerdotum)
tibi erit cum hæreticis, pars cu
clesiæ Tyrannis. 8. Gravius
untur ob sua peccata Hierony
Grandis est dignitas Sace
tum, sed grandis ruina si pec
Chrysost hom. 15. in Matth. in m
Non de vestra tantummodo
sed de universo mundo ratio
reddenda est. &c. ibid. N

utetis ad levia vos esse du-
os certamina, neque exigua-
rerum ineundam vobis ra-
m, vos estis sal terræ. Cypr.
n. de lapsis. *Sequi Chri-*
non possunt qui Matrimonii
ulo detinentur. Quocirca
n de habit. Virgin. *Quæ-*
que terrena sunt in sæculo ac-
a, & hic cum sæculo reman-
tam contemni debent, quàm
ndus ipse contemnitur cujus
pis & deliciis jam tunc re-
ciavimus cum meliore trans-
ssu (per Baptismum) *ad Do-*
num venimus. & serm. de
ot. Christi. *Non militant tibi*
omine) *sæculi hujus nego-*
tiorum

tiorum trajectores. Et ibid laude Martyr. *Nemini a bilis fuit mundus, quem non te damnaverit Dominus, ne lute potuit frui æternâ, qui m di gloriatus est vitâ.* Chry *Peccanti populo unusquisq dem pro suo malo punitur, sa dotes autem pro peccatis omn* Quia ut Gregor. hom. 17. in Ev *Quanto mundus gladio feri aspicitis, quibus quotidie per stonibus populus intereat, vid cujus hoc nisi nostro Sacerdo peccato agitur?* Idem lib Ep. 32. apud Baron. *Dum competentia nobis relinqui & nobis incompetentia cog*

peccata nostra barbaris vi-
s sociamus, & culpa nostra (ò
rdotes) *gladios hostium*
uit, qui vires Reip. gravat.
hom. 11. in Ezech. *Tot occi-*
es, quot ad mortem ire quoti-
epidi & tacentes videmus.
br. *Qui debuerant esse Vica-*
postolorum, & filii Petri, fa-
unt socii Judæ, & præambuli
christi. 9. Iisdem ferè incom-
is subjacent quibus homines alii
lares. 10. Hic vides quid facien-
, unicum adhuc Hieron. in Isai. 32.
nde. *Vulgus indoctum in die*
cii tanquam Gith, & cimi-
corripietur virgâ & baculo:
erdotes autem magnis suppli-
torquebuntur. Chrys. hom. 3.
in

